VIRGILIUS SACER

SEU

CENTO DE MORTE CHRISTI

EX VIRGILIO

A PRESBYTERO

U. J. D. PETRO MARIA LYCCIO CALIMERENSI

COMPILATUS

IN LIBROS QUATUOR DISTRIBUTUS

ATQUE

EXCMO ET REVMO DOMINO

D. NICOLAO CAPUTO

EPISCOPO LICYIENSI

DICATUS.

NEAPOLI

TYPIS JOANNIS DE BONIS

MDCCCXXII.

AD

EPISCOPUM LYCIENSEM

Post admissam Opusculi dedicationem

PARÆNESIS.

Virgilius sacer expectat Tua jussa, CAPUTE,
Quo Tibi se pleno munere devoveat.

Qui quondam sylvas et agros atq; arma canebat
Exequitur MAGNUM nunc PIETATIS OPUS.

Utile permiscens dulci, quo adlecta juventus
Carmine sub placito potet amara Crucis.

Nil mage profuerit, suboles quo ferrea tandem
Desinat, et nobis aurea saecla fluant.

Si jubeas, libris quatuor quasi quattuor alis
Ad Te confugiet Praesul amice Dei.

Pronus adorabit, supplexq; et nomine poscet
Non alio inscribi, quam, NICOLAE, Tuo.

EXC̄MO AC REV̄MO DOMINO

D. NICOLAO CAPUTO

EPISCOPO LYCIENSI

PETRUS MARIA LICCIUS PRESBYTER CALIMERENSIS

S. P.

Inter adfluentes undique exultantium de adscensu Tuo ad Lupiensem Cathedram Salentinorum gratulationes, laudumque meritarum effusa praeconia, ne despicias Excellentissime Praesul devotissimi admiratoris tui, exiguum licet, non tamen rude, neque importunum, nec indignum tanta dignitate munusculum. Virgilium e profano Sacrum Tibi nuncupo, quem ad nefandarum furores proscriptionum declinandos in solitariis recessibus taedii primum levandi caussa inchoatum, mox vero opusculi utilitate compertà labore improbo, diuturnisque vigiliis studiosae juventutis beneficio prosequutus, maturius exegi. Maximum in eo Divinae Pietatis Opus, Redemptionis videlicet aeternae sacramentum versibus hinc inde ex Marone petitis quatuor epice effertur libris eo successu, ut vel Virgilius in Evangelistam, vel Evangelista in Virgilium, si fas est ita loqui, transfusus esse videatur.

Quantae autem futurus sit Virgilius iste Sacer utilitati, si Tua in lucem edatur Auctoritate, satis superque prospicis Sapientissime Praesul. Mutum veluti Paedagogum infirmae adhibebis aetati, qui miscens utile dulci, juvenculis inter vitiorum contagia, et profanorum Poëtarum fabulas periclitantibus, sub Virgilianae poëseos jucunditate coelestis doctrinae monita lubenter sumenda propinet, quibus ad mores rite effingendos, sive componendos nihil efficacius.

Quae quum ita sint, succedat mihi quaeso talem in Te, Optime Praesul, Patronum invenire, qualem in suo Augusto Virgilius, qui et me a blateronibus ea, quae ignorant, inficete carpentibus, vindicet, et libello tam salutari aevi conciliet perennitatem. Sic Te Deus Opt. Max. semper ad perfectiora procedentem incolumem diu servet, sospitetque propitius, et in pastorali munere optime de Se meritum faciat crescere in plebem suam. Vale.

LECTORI BENEVOLO.

Habes amice Lector in Virgilio Sacro amarissimam Dominicae Mortis historiam Maroniana in centonis modum suavitate conditam, et in quatuor libros distributam Virgilianis Georgicis fere suppares. Ne proinde mireris, si quid interdum non secundum severiores centonum leges digestum reperias, maximam praesertim et materiae dissimilitudinem, et poëmatii prolixitatem considerans. Itaque si quid displicuerit, ne cito damnes, sed si ex Virgilii valeas fonte meliora depromere, facito; non aegre feram, si bene successerit; referam immo gratias, si comiter nuncies, ut perfectius, numerisque omnibus absolutum frequentiore limà evadat Opusculum ad majorem juventutis eruditae utilitatem. Quod autem tua adtinet legentis Virgilium Sacrum, in hoc maxime incumbas, ut oculis attente percurrendo, animo simul devote mediteris; neque enim, si ita perlegeris, sine spiritûs emolumento a lectione discedes. Vale.

T

VIRGILII SACRI

SEU

CENTONIS DE MORTE CHRISTI

EX VIRGILIO

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Caiphas Summus Hebraeorum Sacerdos invidiá miraculorum ac nominis Christi tabescens, de Illo perdendo cogitat. Quare coacto Sacerdotum ac Seniorum magno concilio, exagerat damna propter Jesum Judaeis ingruentia, si eum libere docere patiantur. In ista concione Joseph Arimathaeus nobilis Decurio, occultus tamen Christi discipulus, paucis suffragantibus, caussae Ipsius patrocinium suscipit, multisque argumentis invicte defendit. Summus autem Pontifex acriter indignatus eum pellit e Sinagoga, caeteris in Christi perditionem concurrentibus. Judas interea Iscariotes propter unguentum Christi pedibus a Magdalena effusum in convivio Simonis leprosi ira excandescens, Collegio Apostolorum deserto, ad Principes Sacerdotum se confert, proditoque, ac vendito Magistro triginta siclorum pretio, de modo Ipsum capiendi cum Judaeis condicit; mox vero delicti conscientiá dire agitatus in speluncam secedit, ubi tota nocte variis jactatus adfectibus, avaritia tandem victus, sponsionem exequi decernit, matutinusque ad principes Sacerdotum pergit pretium proditionis consequuturus. Ibi-

dem Christo Bethania Hierosolymam revertenti ad Pascha celebrandum, templumque ingredienti comes additus, cum caeteris Apostolis in locum paschalibus epulis paratum succedit, unde post legitimam coenam, pedumque Apostolicorum ablutionem, Sanctissimaeque Eucharistiae institutionem, diabolo instigante, se proripit impium scelus exequuturus, reliquis cum Christo discipulis post gratias Deo peractas a mensa surgentibus.

Aen.1.v.669. NATE Patris Summi, qui res hominumq; deûmq; * *ibid.v.233.*
Aen.1.v.234. Aeternis regis imperiis et fulmine terres, *ibid.*
Aen.6.v.90. Natus et Ipse, Deo solum Te Virgine dignâ, ** *Aen.7.v.389.*
Geor.1.v.40. Da facilem cursum, atq; animis illabere nostris, *Aen.3.v.89.*
Ecl.3.v.25. Cantando ut liceat totum mihi ferre per orbem *Ecl.8.v.9.*
Aen.10.v.791. Hic Mortis durae casum, Tuaque Optime facta, *ibid.*
Aen.12.v.879. Quo Vitam dedit aeternam mortalibus aegris *Aen.10.v.274.*
Aen.10.v.668. Omnipotens Genitor, sociasq; in regna vocavit *Aen.11.v.322.*
Geor.1.v.503. Jampridem clausas tenebris et carcere caeco *Aen.6.v.734.*
Aen.6.v.758. Illustres animas, *** superumque ad lumen ituras, *ibid.v.680.*
Aen.3.v.386. Infernique lacûs custodem in vincla petivit. *Aen.6.v.395.*
Ecl.8.v.11. A Te principium, Tibi desinet, inclyte Jesu, *Aen.12.v.179.*
Aen.7.v.791. Argumentum ingens magno nunc ore sonandum; *Geor.3.v.294.*
Geor.3.v.42. Te sine nil altum mens inchoat: annue coeptis. *Geor.1.v.40.*
Geor.2.v.39. Tuque ades, incoeptumque una decurre laborem *ibid.*
Ecl.5.v.44. Formosi pecoris Custos, Nicolae Capute,

Adnotationes.

* (*Deumque*) Sub hoc vocabulo in Scripturis tum Angeli, tum beati Spiritus frequenter veniunt. Consulantur Interpretes in illud Psalm.194. *Deus deorum Dominus etc.*

** (*Virgine solum digna Te Deo*) Talis enim nativitas nova de Virgine solo Deo Verbo digna erat, qui novus homo veniebat in mundum: Ita communiter Patres, et Interpp. in illud Hierem. *Creavit Deus novum super terram.*

*** (*Illustres animas*) idest Patriarcharum in Limbo degentium, Christiq; redemptionem expectantium.

Ecl.10.v.16.	Stant et oves circum, nostri nec poenitet illas,	*ibid.*
Ecl.10.v.17.	Nec Te poeniteat pecoris divino Magister.	*Aen.5.v.176.*
Aen.7.v.104.	Hebraeas late * volitans jam fama per urbes	*ibid.*
Geor.1.v.245.	Circum multiplici populos sermone replebat,	*Aen.4.v.189.*
Ecl.3.v.15.	Quid Domini faciant voces, cui sidera parent,	*Aen.10.v.176.*
Geor.4.v.222.	Terraeque, tractusq; maris, Erebusq; chaosque	*Aen.4.v.510.*
Ecl.6.v.31.	Namque canebat uti casu concusseus amici,	*Aen.5.v.869.*
Aen.1.v.469.	Multa gemens, largoq; humectans flumine vultum	*ibid.*
Aen.4.v.238.	Dixerat Ille Patris Magni prece Numen adorans	*Aen.3.v.437.*
Aen.9.v.13.	Rumpe moras omnes ad lumina surgere vitae	*Aen.7.v.771.*
Aen.3.v.477.	Ecce tibi vitam damus et miserescimus ultro	*Aen.2.v.145.*
Aen.5.v.368.	Nec mora: continuo exanimum modo corpus amici	*Aen.6.v.149.*
Aen.8.v.248.	Inclusumque cavo saxo jam lumine quarto	*Aen.6.v.356.*
Aen.3.v.676.	Excitum superas coeli venisse sub auras,	*Aen.7.v.768.*
Aen.5.v.92.	Libavisse dapes, audire, et reddere voces,	*Aen.6.v.689.*
Aen.6.v.285.	Multaque praeterea, viresq; adquirit eundo.	*Aen.4.v.175.*
Aen.4.v.68.	Uritur infelix Caiphas, ** quem gloria Christi	*Aen.11.v.336.*
Aen.11.v.337.	Obliquâ invidiâ, et stimulis agitabat amaris:	*ibid.*
Aen.8.v.15.	Quid struat his coeptis? quem si fortuna sequatur	*ibid.*
seq.	Eventum cupiat? curarum fluctuat aestu.	*ibid.*
Aen.4.v.90.	Quem simul ac tali persensit peste teneri	*ibid.*
Aen.7.v.324.	Luctifica Alecto Furiarum maxima juxta	*Aen.6.v.605.*
Aen.10.v.143.	Adfuit, inque sinum praecordia ad intima subdit	*Aen.7.v.347.*
Aen.11.v.713.	Haud mora caeruleis unum de crinibus anguem.	*Aen.7.v.346.*
Aen.7.v.349.	Ille inter vestes, et membris lubricus errat	*ibid.v.353.*
seq.	Attactu nullo, penitusque in viscera lapsus	*ibid.v.374.*
Aen.7.v.355.	Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem	*ibid.*

Adnotationes.

* (*Hebraeas late*) De fama miraculorum Christi consulantur Evangelistae, praesertim Lucas cap. 7. v. 16. seqq.

** (*Uritur infelix Caiphas*) Consule quae habet Joannes Evang. cap. 11. de invidia Pontificum et Pharisaeorum propter signa a Christo patrata, Lazari praesertim a mortuis excitati.

Aen.4.v.474.	Ast ubi concoepit furias, et pectus anhelum,	*Aen.6.v.48.*
Aen.6.v.49.	Et rabie fera corda tument, iramq; minasq;	*Aen.8.v.60.*
Aen.6.v.596.	Cernere erat vultu, et varios errare colores,	*Geor.1.v.453.*
Aen.2.v.100.	Nec requievit enim, donec justissimus unus	*ibid.v.426.*
Aen.2.v.532.	Concidit, ac vitam multo cum sanguine fudit.	*ibid.*
Aen.11.v.234.	Ergo Concilium magnum * primosque suorum	*ibid.*
Aen.11.v.225.	Hos inter motus alta intra limina cogit,	*ibid.v.235.*
Aen.10.v.251.	Tum breviter super haec inimico pectore fatur	*Aen.11.v.685.*
Aen.4.v.534.	En quid agam? ante omnes medium nam plurima turba	*Aen.6.v.667.*
seq.	Hunc habet, et Regis memorant nomenque genusq;	*Aen.10.v.149.*
	Jessaei: ** Ille suae contra non immemor artis ***	*Geor.4.v.440.*
Geor.4.v.441.	Omnia transformat sese in miracula rerum	*ibid.*
Aen.12.v.111.	Fata docens: Si fortunâ permittitis uti., ****	*Aen.9.v.240.*
Aen.9.v.242.	Mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta,	*ibid.*
seq.	Adfore cernetis, nec me sententia fallit,	*Aen.10.v.608.*
Aen.1.v.286.	Romanos rerum dominos gentemq; togatâm:	*ibid.*
Aen.12.v.236.	Nos, patriâ amissâ, dominis parere superbis	*ibid.*
seq.	Cogemur: jamq; ista Dei dabit ampla ruinam	*Aen.2.v.310.*
Aen.2.v.311.	Vulcano superante domus: quam praendimus arcem,	*ibid.v.322.*
Aen.2.v.581.	Occiderit ferro populus, Solyma arserit igni?	*ibid.*
Aen.2.v.544.	Sic fatus Senior, quae sit sententia poscit.	*Aen.3.v.59.*
Aen.7.v.341.	Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis	*ibid.*
Aen.1.v.443.	Infert se, miscetq; viris, neque cernitur ulli	*ibid.v.444.*
Aen.1.v.692.	Occultum inspirans ignem caecumq; furorem	*Aen.2.v.244.*

ADNOTATIONES.

* (*Ergo Concilium magnum*) De hoc Concilio vide Joan. Evang. cap. 11. v. 47. et seqq.

** (*Regis Jessaei*) Percrebuerat rumor in populo de origine Christi Jesu ex Davidica stirpe, adeo ut caecus ipse secus viam mendicans filium Davidis adpellaverit (Marc. 9.): *Jesu fili David, miserere mei.* Erat autem David filius Jesse.

*** (*suae non immemor artis*) dicebant enim invidi virtutis et potentiae Christi, ipsum magicis artibus, ac diabolica virtute prodigia edidisse, juxta illud Luc. 11. v. 15. *In Beelsebub principe daemoniorum ejiciit daemonia.*

**** (*si fortuna permittitis uti*) juxta illud Joan. Ev. cap. 11. v. 48. *Si dimittitis eum sic, veniet Romani, et tollent nostrum locum et Gentem.*

Aen.9.v.507.	Quaerunt pars Christum sociosq; absumere ferro,	*Aen.4.v.601.*
Geor.2.v.503.	Sollicitant alii detrudere finibus hostem,	*Aen.7.v.469.*
Aen.2.v.62.	Seu versare dolos, vastoque im̃ergere ponto:	*Aen.3.v.605.*
Geor.2.v.14.	Pars autem, et quorum melior sententia menti	*Aen.2.v.35.*
Aen.6.v.483.	Ingemuit; neque enim levia aut ludicra petuntur.	*Aen.12.v.764.*
Aen.2.v.40.	Primus ibi ante omnes nulli virtute secundus	*Aen.11.v.441.*
Geor.4.v.154.	Urbi consiliis habitus non futilis auctor,	*Aen.11.v.339.*
Geor.2.v.468.	Dives opum Joseph *, et mens cui conscia recti,	*Aen.1.v.608.*
Aen.12.v.692.	Significatq; manu, et magno simul incipit ore:	*ibid.*
Aen.5.v.71.	Ore favete omnes: audite o mentibus aequis,	*Aen.9.v.234.*
Aen.11.v.348.	Dicam equidem, licet arma mihi mortemq; minentur	*ibid.*
Aen.2.v.416.	Adversi, nec me ullius violentia vincet.	*Aen.11.v.354.*
Aen.7.v.197.	Quid petitis miseri? quae tanta insania cives?	*Aen.2.v.42.*
Aen.2.v.84.	Insontem infando indicio quia regna capessat **	*Aen.8.v.507.*
Aen.9.v.398.	Oppressum tales voluisse expendere poenas?	*Aen.10.v.669.*
Aen.6.v.791.	Hic Vir hic est, tibi quem promitti *** saepius audis	*ibid.*
Aen.8.v.480.	Gens Judae praeclara, genus qui ducit Olympo,	*Aen.6.v.834.*
Aen.6.v.780.	Et Pater ipse **** suo Superum signavit honore.	*ibid.*
Aen.9.v.659.	Adgnovere Deum Proceres Orientis ***** onustum	*Aen.1.v.293.*
Aen.5.v.458.	Corpore, qui stellis numeros et nomina fecit,	[illegible]

ADNOTATIONES.

* (*Dives opum Joseph*) De isto Josepho ait Matth. cap. 22. *Homo dives ad Arimathea, qui et ipse discipulus erat Jesu.* Marcus vero cap. 15. adpellat quoque Josephum *nobilem Decurionem.* Lucas denique cap. 23. addit *fuisse virum bonum et justum, nec consentientem consilio et operibus eorum;* nempe Judaeorum adversus Jesum.

** (*quia regna capessat*) juxta illud Joan. Ev. cap. 19. *Ipse dixit: Rex sum ego.* Ita quippe Sacerdotes cum Pharisaeis calumniabantur.

*** (*quem promitti etc.*) Promissio primum facta fuit Abrahae a Deo Genes. 22. v. 18., deinde Moysi Deuter. 18. v. 15., demum Davidi Psal. 131. *Juravit Dominus David... de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

**** (*Et Pater ipse etc.*) juxta Evang. Joan. cap. 10. *Quem Pater sanctificavit et misit in mundum.* Et alibi: *Hunc enim Pater signavit Deus.* Unde licet viator esset Christus in terris, honore tamen Superum, idest beatae visionis privilegio ratione divinitatis humanitati hypostatice unitae ipsamq; sanctificantis gaudebat anima ipsius.

***** (*Proceres Orientis*) idest Magi, qui ab Oriente Hierosolymam venerunt Christum natum Regem Judaeorum quaesituri. Matt. 1.

*Aen.*11.*v.*333.	Munera portantes regali splendida luxu ;	*Aen.*4.*v.*461.
*Geor.*2*v.*.126.	Media fert tristes succos , sua thura Sabaei ,	*Geor.*1.*v.*57.
*Geor.*4.*v.*463.	Atque pharetratae vicinia Persidis aurum.	*ibid. v.*290.
*Aen.*10.*v.*843.	Adgnovit Summus purâq; in veste Sacerdos	*Aen.*12.*v.*169.
*Aen.*5.*v.*715.	Longaevus Simeon et servantissimus aequi ;	*Aen.*2.*v.*427.
*Aen.*10.*v.*412.	Tendit ubi ad templum formâ pulcherrima Vìrgo	*Aen.*1.*v.*500.
*Aen.*3.*v.*21.	Coelicolum Regi grates persolvere dignas	*Aen.*1.*v.*604.
*Geor.*3.*v.*157.	Post partum : ipse Deum manifesto in lumine vidit,	*Aen.*4.*v.*358.
*Aen.*8.*v.*619.	Miraturque , interque manus et brachia versat ,	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*717.	Expleri mentem nequit , ardescitque tuendo ,	*ibid.*
*Aen.*8.*v.*405.	Optatos dedit amplexus , aperitque futura.	*Aen.*6.*v.*12.
*Aen.*9.*v.*641.	Macte novâ virtute Puer , * qui saecula vincis ,	*Geor.*2.*v.*295.
*Aen.*2.*v.*283.	Expectate venis , nec me mea cura fefellit	*Aen.*6.*v.*691.
*Aen.*6.*v.*692.	Tempora dinumerans : spes Tu nunc una senectae ,	*Aen.*12.*v.*57.
*Aen.*12.*v.*58.	Tu requies : quem das finem ** Rex magne laborum ?	*Aen.*1.*v.*245.
*Aen.*8.*v.*681.	Dum Te , care Puer , mea sera et sola voluptas	*ibid.*
sèq.	Complexu teneo , Tu me isto corpore solve.	*Aen.*4.*v.*703.
*Ecl.*4.*v.*10.	Casta fave Genitrix Puero , quo ferrea primum	*ibid. v.*8.
*Ecl.*4.*v.*9.	Desinet , ac toto surget gens aurea mundo.	*ibid.*
*Geor.*1.*v.*494.	Scilicet et tempus veniet , quo plena laboris	*Aen.*1.*v.*464.
*Aen.*11.*v.*53.	Infelix ! Nati funus crudele videbis :	*ibid.*
*Aen.*6.*v.*95.	Tu ne cede malis ; sed contra audentior ito :	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*634.	Non ignara mali miseris succurrere disces.	*ibid.*
*Aen.*2.*v.*790.	Haec ubi dicta dedit , solvuntur frigore membra	*Aen.*1.*v.*96.
*Aen.*1.*v.*256.	Longaevi , placidaq; ibi demum morte quievit.	*Aen.*9.*v.*445.
*Aen.*8.*v.*483.	Quid memorem tristi *** languentia corpora morbo ?	*Geor.*4.*v.*252.

Adnotationes.

* (*Macte nove virtute puer*) quia nova reipsa virtute , divina scilicet , humanitas in Christo pollebat , unde novus homo , et de coelo coelestis , mutuatis a divino eloquio vocabulis , a Patribus adpellatur.

** (*quem das finem etc.*) Adluditur ad petitionem Summi Sacerdotis Simeonis in Cantico , et in sequentibus ad ejusdem vaticinium de B. Virgine Maria.

*** (*Quid memorem tristi etc.*) Arguit hic Arimathaeus a miraculis et virtutibus proprie a Christo potestate patratis ad ejus probandam divinitatem.

Aen.6.v.308.	Impositosq; rogis, defunctaque corpora vitâ?	*ibid.v.306.*
Aen.11.v.311.	Ante oculos interque manus sunt omnia vestras.	*ibid.*
Aen.2.v.643.	Vidimus hunc imis animas excire sepulcbris;	*Ecl.8.v.98.*
Aen.6.v.737.	Corporeae excedunt pestes juvenumque senumq;	*Aen.9.v.309.*
Aen.8.v.200.	Attulit et nobis * aliquando optantibus aetas	*ibid.*
Geor.2.v.130.	Auxilium coelo, quo non praesentius ullum.	*ibid.v.127.*
Aen.12.v.427.	Non haec humanis opibus, non arte magistra	*ibid.*
Aen.1.v.164.	Efficit: Omnipotens, rerum cui summa potestas,	*Aen.10.v.100.*
Aen.12.v.20.	Virtute exsuperat: nunc Hic est alter ab Illo. **	*Ecl.5.v.49.*
Aen.1.v.57.	Luctantes ventos, tempestatesque sonoras	*ibid.*
Aen.1.v.58.	Imperio, et dicto citius tumida aequora placat,	*ibid.v.146.*
Aen.1.v.147.	Collectasque fugat nubes, graditurq; per aequor	*Aen.3.v.664.*
Aen.8.v.243.	Non secus ac sicca ripae spatietur arena.	*Geor.1.v.389.*
Aen.2.v.101.	Sed quid ego haec autem? divini signa decoris ***	*Aen.5.v.647.*
seq.	Ardentesq; notate oculos: qui spiritus Illi!	*ibid.*
seq.	Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus eunti!	*ibid.*
Aen.3.v.114.	Ergo agite et Domini ducunt qua jussa sequamur	*ibid.*
Aen.11.v.358.	Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab Ipso.	*ibid.*
Aen.2.v.656.	Nam quod consilium spes et solatia nostri	*Aen.8.v.514.*
Aen.12.v.643.	Exscindi? tantumq; nefas sacro excidit ore?	*Aen.2.v.658.*
Aen.2.v.659.	Si nihil ex tanta vobis placet Urbe relinqui,	*ibid.*
Aen.2.v.660.	Et sedet hoc animo, sceleratas sumite poenas,	*ibid.v.576.*
Aen.10.v.864.	Ultor erit Deus ecce Deus. Cui talia fanti	*Aen.6.v.46.*
Aen.7.v.447.	Diriguere oculi: non vultus, non color unus,	*Aen.6.v.47.*
Aen.6.v.50.	Nec mortale sonans, afflatus numine quando	*ibid.*

Adnotationes.

* (*Attulit et nobis etc.*) Magna erat de Christo Judaeorum expectatio. Hinc exclamationes illae et invocationes Prophetarum fervidissimae in Synagogis legi solitae, et a privatis in fidei testimonium ac spei suae pronunciari: *Rorate coeli desuper et nubes pluant Justum.* Et alibi: *Utinam disrumperes coelos et descenderes* etc.

** (*nunc Hic est alter ab Illo*) idest secunda Persona post Patrem in Deitate.

*** (*divini signa decoris*) Audiatur Hieronymus lib. 1. Comment. in Matth. cap. 9. *Certe fulgor ipse et majestas divinitatis occultae in humana Christi facie resplendebat.*

seq.	**Jam propiore Dei. Venient bella, horrida bella,**	*ibid.86.*
Aen.2.v.734.	Ardentes clypeos, atq; aera micantia cerno,	*ibid.*
Aen.6.v.87.	Et Solymae multo spumantem sanguine Cedron.	*ibid.*
Aen.11.v.376.	Talibus exarsit dictis, atq; aggerat iras	*ibid.v.342.*
Aen.5.v.179.	Jam Senior, rumpitq; has imo pectore voces:	*Aen.11.v.377.*
Aen.11.v.390.	Ventosâ linguâ populo cane talia demens	*ibid.v.399.*
Aen.8.v.40.	Nos belli terrere minis sanctumq; Senatum	*Aen.1.v.430.*
Aen.3.v.246.	Infelix vates, futurique inscius aevi	*Aen.8.v.627.*
Aen.12.v.800.	Desine jam tandem; nescis heu perdite necdum	*Aen.4.v.541.*
Aen.11.v.310.	Caetera ne rerum jaceant perculsa ruina,	*ibid.*
Aen.10.v.901.	Nullum in caede nefas? patriae comunis Erynnis	*Aen.2.v.573.*
Aen.5.v.815.	Unum pro multis * dabitur caput. Illius ergo	*Aen.6.v.670.*
Aen.11.v.366.	Pone animos, et pulsus abi; ** Patribusque vocatis	*ibid.v.379.*
Aen.11.v.240.	Quae referant fari jubet, et responsa reposcit,	*ibid.*
Aen.11.v.491.	Exsultatque animis, et spe jam praecipit hostem.	*ibid.*
Aen.2.v.130.	Adsensere omnes, omnes eadem ore fremebant	*Aen.11.v.132.*
Aen.2.v.131.	Unius in miseri exitium mens omnibus una est.	*Geor.4.v.212.*
Aen.7.v.406.	Postquam visa satis primos acuisse furores,	*ibid.*
Aen.7.v.476.	Alecto in Judam stygiis se concitat alis	*ibid.*
seq.	Arte nova speculata locum, quo forte Simonis	*ibid.v.494.*
Aen.2.v.512.	Aedibus in mediis Christo sacraeq; catervae	*Aen.11.v.533.*
Aen.7.v.146.	Certatim instaurant epulas, et pocula ponunt.	*Aen.1.v.710.*
Aen.2.v.673.	Ecce autem complexa pedes genibusq; volutans	*Aen.3.v.607.*
Aen.3.v.609.	Haerebat Domini mulier vulgata per urbem ***	*Aen.8.v.554.*

ADNOTATIONES.

* (*Unum pro multis dabitur caput*) juxta illud Joan. Evang. cap. 11. *Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota Gens pereat.*

** (*pulsus abi*) Cohaeret iis, quae notat Joannes cap. 12. *Verumtamen ex Principibus multi crediderunt in Eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ut non e Synagoga ejicerentur.* Jam enim conspiraverant in idipsum; ut liquet ex praec. cap. 9. Non ergo inverosimiliter pulsus a Synagoga Josephus describitur, si defendit in Concilio Jesum, neque hoc improbabile, non enim consentiebat consilio et actibus caeterorum. Luc. 23. v. 51.

*** (*mulier vulgata per urbem*) quae Luc. 7. adpellatur *mulier in Civitate peccatrix.*

Aen.9.v.478. Scissa comas, lacrymis oculos suffusa nitentes, Aen.1.v.232.
Aen.1.v.575. Suspiransq; pedes lavat Omnipotentis et ungit. Aen.6.v.219.
Aen.2.v.407. Non tulit hanc Judas speciem auri caecus amore, Aen.1.v.353.
Aen.7.v.591. Verum indignanti similis, similisq; minanti Aen.8.v.649.
Aen.10.v.711. Infremuit, * talesque effudit pectore questus: Aen.5.v.780.
Ecl.2.v.14. Nonne fuit satius tristes atque omnium egenos Aen.1.v.603.
Aen.12.v.352. Unguenti pretio rebus servare secundis? Aen.1.v.211.
Aen.1.v.356. Multa malus simulans sic Christi invidit honori. Aen.5.v.541.
Aen.7.v.511. At saeva e speculis tempus tum nacta nocendi ibid.
Aen.7.v.476. Alecto attollens stridentes anguibus alas ibid.v.561.
Aen.7.v.458. Olli fumantes fixit sub pectore taedas, ibid.v.457.
Aen.7.v.562. Cocythique petit sedem supera ardua linquens ibid.
Aen.2.v.575. Exarsere ignes, urgetque innatus habendi, ** Geor.4.v.177.
Aen.10.v.872. Et furiis agitatus *** amor, quin crescit in horas, Ecl.10.v.73.
Aen.2.v.304. In segetem veluti quum flamma furentibus austris ibid.
seq. Incidit, aut rapidus fornacibus ignis anhelat. Aen.8.v.421.
Aen.12.v.756. Tum vero infelix fatis egressus iniquis Aen.3.v.17.
Aen.11.v.469. Concilium ipse sacrum, et magna incoepta Magistri Aen.12.v.717.
Aen.11.v.470. Deserit heu! fidens animi, atq; in utrumque paratus Aen.2.v.61.
Aen.2.v.127. Prodere voce sua Dominum, atq; opponere morti. ibid.
Aen.2.v.104. Hoc Caiphas velit, hoc magno mercentur et ipsi Aen.5.v.665.
Aen.6.v.489. Judaei proceres, secumq; ita corde volutans Aen.4.v.533.
Aen.7.v.362. Perfidus alta petit, pedibus spes addidit alas. Aen.8.v.224.
Aen.1.v.16. Urbs antiqua fuit multos dominata per annos Aen.2.v.363.
Jerusalem, Jebusaei tenuere coloni, **** Aen.1.v.16.

Adnotationes.

* (*infremuit*) juxta illud Marci 14. *Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos . . . . . et fremebant in eam*, quod tamen Joannes Judae nominatim Iscariotae adscribit cap. 12. v. 4.

** (*innatus amor habendi*) Judas enim perversa quadam pronitate naturae ad rapinam inhiabat juxta illud Jo. 12. *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat.*

*** (*Et furiis agitatus*) Adluditur ad ea, quae habet Luc. cap. 22. ibi: *Intravit autem Satanas in Judam*; et Joan. cap. 13. *Quum diabolus jam misisset in cor etc.*

**** (*Jebusaei tenuere coloni*) Ita refertur 2. Reg. cap. 5.

Aen.1.v.658. Maxima, dives opum, Judae dum regna manebant, *Aen.2.v.22.*
Aen.2.v.23. Nunc tantum raris habitata mapalia tectis; *Geor.3.v.340.*
Aen.1.v.19. Quam Dominus fertur terris magis omnibus unam *ibid.*
seq. Posthabitâ coluisse Silo; * hic illius arae, ** *Aen.3.v.63.*
Aen.11.v.21. Hic currus fuit, *** hic centum sublime columnis *Aen.7.v.170.*
Aen.9.v.86. Arce fuit summa solido de marmore templum *Aen.6.v.69.*
Aen.7.v.173. Hinc sceptra accipere **** et gemmis auroq; coronam *Aen.1.v.659.*
Aen.7.v.174. Regibus omen erat, primosq; attollere fasces, *ibid.v.173.*
Aen.7.v.85. Hinc Asiae gentes, ***** omnisque Hebraea propago *Aen.6.v.870.*
Aen.7.v.86. In dubiis responsa petunt, hic ariete caeso *ibid.v.175.*
Aen.7.v.176. Perpetuis soliti Patres considere mensis. ****** *ibid.*
Aen.4.v.198. Huc Simone satus Caiphamq; Annamq; petivit *Aen.7.v.323.*
Iscarius, firmansq; animum sic incipit ipse. *Geor.4.v.386.*
Aen.10.v.279. Quod votis optastis adest, secludite curas, *Aen.1.v.566.*
Aen.4.v.368. Nam quid dissimulo, aut quae me ad majora reservo *ibid.*
Aen.2.v.158. Fas odisse virum, morem ritusq; sacrorum, *Aen.12.v.836.*

ADNOTATIONES.

* (*Posthabita Silo*) Psal. 77. *Et repulit tabernaculum Joseph* (in cujus una tribu Ephraim erat Silo) *et elegit montem Sion, quem dilexit*; translato e Silo in Sion Tabernaculo et Sanctuario. Vid. Bellar. in cit. Psal.

** (*hic illius arae*) erat enim in tabernaculo ac templo praeter aram holocaustorum et ara thymiamatis. Exod. 27. et 30.

*** (*hic currus fuit*) quo vocabulo Arca foederis indigitatur prophetico loquendi more, juxta illud Psal. 67. *Currus Dei decem millibus multiplex*; et Habac. 3. *Qui ascendis super equos tuos, et quadrigae tuae salvatio.*

**** (*hinc sceptra accipere*) Reges Judaei inaugurabantur de more a Summo Sacerdote, qui oleo eos sancto, quod in templo adservabatur, ungebat, et coronabat diademate ibi quoque adservato. Patet id ex lib. 3. Reg. cap. 1., ubi de Sadoc Summo Sacerdote Salomonem in Regem Hebraeorum consecraturo scribitur: *Sumsitque Sadoc Sacerdos cornu olei de Tabernaculo*; et lib. 4. Reg. cap. 11., ubi coronationem Regis Joas per Jojadam Pontificem sacer textus ita describit: *produxitque filium Regis, et posuit super eum diadema.* Septuaginta Interpp. habent pro diademate αγιασμα. idest sanctificationem, quia illud in Sancto templo adservabatur pro hujusmodi cerimonia. Vide Corn. Alap. cit. loc.

***** (*Hinc Asiae gentes*) Multi quoque Gentilium vel orandi, vel petendorum oraculorum caussa Judaicum templum conveniebant, quin et sacrificia victimasq; offerebant, unde et pro istis tertium templo atrium adjectum fuit. De Regibus speciatim Asiae templum summa veneratione colentibus vide libros Esdrae, et Macchabaeorum.

****** (*Perpetuis mensis*) Quippe de victimis et oblationibus, solis exceptis holocautomatibus, magna pars Sacerdotibus in alimenta cedebat, qui iis coram Domino vescebantur, ut patet ex toto Levitici libro.

Aen.2.v.779.	Fas; atque ipse sinit superi Regnator Olympi.	*ibid.*
Aen.5.v.292.	Inviteut pretiis animos, et praemia ponant,	*ibid.*
Aen.8.v.401.	Quicquid in arte mea possum promittere curae	*ibid.*
Aen.10.v.793.	Non equidem tanta pro spe tentare recusem.	*Aen.11.v. 437*
Aen.10.v.284.	Audentes fortuna juvat: sumsisse merentis	*Aen.2.v.585.*
seq.	Laudabor poenas, animumq; explesse juvabit.	*ibid.*
Aen.4.v.115.	Mecum erit iste labor tali me opponere monstro	*Aen.12.v.874.*
Aen.4.v.290.	Arma parent: dolus, an virtus quis in hoste requirat?	*Aen.2.v.390.*
Aen.4.v.525.	Quum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque volucres,	*ibid.*
Geor.4.v.403.	In secreta hominis * ducam, quo nocte silente	*Aen.7.v.87.*
Geor.4.v.404.	Se recipit, facile ut somno adgrediare jacentem	*ibid.*
Aen.3.v.12.	Cum sociis pariter somno vinoq; sepultis.	*Aen.9.v.236.*
Aen.9.v.621.	Talia jactantem dictis ad sidera tollunt,	*Aen.10.v.262*
Aen.9.v.637.	Laetitiâque fremunt, pacti non amplius illum	*Ecl.3.v.105.*
Aen.1.v.273.	Triginta Christi pretium sibi poscere siclis:	*Aen.12.v.350.*
Aen.7.v.317.	Hac Gener atq; Socer ** coëunt mercede cruenta,	*Aen.6.v.555.*
Aen.4.v.63.	Instaurantq; diem donis mactantq; juvencos.	*Aen.5.v.101.*
Geor.4.v.554.	Hic vero subitum atq; oculis mirabile monstrum	*Aen.8.v.81.*
Aen.2.v.200.	Objicitur Judae, quum dona imponeret aris,	*Aen.4.v.453.*
Aen.2.v.204.	(Horresco referens) latices nigrescere sacri,	*Aen.4.v.454.*
Geor.1.v.150.	Mox et in obscoenum se vertere vina cruorem,	*Aen.4.v.455.*
Aen.4.v.464.	Multaq; praeterea Vatum praedicta priorum ***	*ibid.*
seq.	Terribili monitu horrificant: divellitur inde,	*Aen.2.v.434.*
Aen.8.v.224.	Speluncamq; petit mentem formidine pressus.	*Aen.3.v.47.*

ADNOTATIONES.

* (*In secreta hominis etc.*) Probe quidem sciebat Judas locum, hortum scilicet olivarum, *quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.* Jo.18.

** (*Hac Gener atque Socer etc.*) Hisce vocabulis Annas et Caiphas Pontifices designantur juxta Joannis Evangelium c.18., ibi: *Erat autem Annas Socer Caiphae.*

*** (*Vatum praedicta priorum*) Multa in scripturis de Judae proditione vaticinia, praecipue Regii Vatis, tum Psalm. 40., ibi: *Qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem*; tum toto Psal.108, qui horrendas continet in proditorem propheticas imprecationes.

Aen.2.v.250.	Vertitur interea coelum, et ruit Oceano nox	*ibid.*
seq.	Involens umbrâ magnâ terramque polumq;	*ibid.*
Aen.4.v.455.	Fusaque jam placidum carpebant fessa soporem	*ibid.v.522.*
Aen.4.v.523.	Corpora per terras, sylvaeq; et saeva quierant	*ibid.*
seq.	Æquora, se sternunt diverso in littore phocae.	*Geor.4.v.432.*
Aen.4.v.529.	At non infelix animi Iscariota neq; unquam	*ibid.*
seq.	Solvitur in somnos, oculisve aut pectore noctem	*ibid.*
seq.	Accipit, ingeminans sub noctem cura recursat.	*Aen.1.v.666.*
Aen.4.v.306.	Posse nefas etiam sperasti perfide tantum	*ibid.v.305.*
Aen.10.v.639.	Divini capitis pretium tibi poscere Juda?	*Aen.12.v.350.*
Ecl.8.v.35.	Nec curare Deum credis mortalia quicquam?	*Aen.4.v.317.*
Ecl.2.v.34.	Nonne fuit satius tristem sine crimine vitam	*Aen.4.v.550.*
seq.	Degere more ferae, tales nec tangere curas?	*ibid.*
Aen.4.v.271.	Quid struis, aut qua spe, sic sic juvat ire sub umbras?	*ibid.v.660.*
Aen.2.v.686.	Excutere, et primus qui te sibi junxit amores	*Aen.4.v.28.*
Aen.4.v.28.	Ille tuos habeat secum, servetque Magister.	*ibid.v.29.*
Aen.4.v.595.	Quid loquor, aut ubi sum? quae mentem insania mutat?	*ibid.*
Ecl.5.v.53.	An quicquam argenti nobis sit munere majus?	*ibid.*
Ecl.3.v.48.	Si ad pretium spectes, nihil est quod caetera laudes.	*ibid.*
Ecl.1.v.12.	Usque adeo * sua cuiq; deus fit dira cupido!	*Aen.9.v.185.*
Aen.11.v.624.	Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus	*ibid.*
seq.	Nunc ruit ad terras, scopulosq; superjacit undam	*ibid.*
seq.	Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam,	*ibid.*
seq.	Nunc rapidus retro atq; aestu revoluta resorbens	*ibid.*
seq.	Saxa, fugit, littusq; vado labente relinquit;	*ibid.*
Aen.3.v.331.	Sic Judas scelerum furiis agitatus in antro	*Ecl.1.v.76.*
Aen.9.v.167.	Insomnem vario noctem sermone trahebat;	*Aen.1.v.752.*
Aen.3.v.588.	Postera jamque dies primo surgebat Eoo,	*ibid.*

Adnotationes.

* (*Usque adeo etc.*) Non abludit a sacri eloquii dignitatè hujusmodi sententia, si memoria recolatur simile apud Paullum de falsis Apostolis, *quorum Deus venter est.*

seq. Humentemq; aurora polo dimoverat umbram, *ibid.*
Aen.11.v.2. Iscarius quamquam curarum fluctuat aestu * *Aen.8.v.19.*
Aen.1.v.222. Spemq; metumq; inter dubius, turbataq; mens est, *Aen.11.v.3.*
Aen.6.v.47. Ante fores templi se matutinus agebat *Aen.8.v.465.*
Aen.1.v.458. Argentum opperiens, Scribasq; ex arce vocabat. *Aen.6.v.519.*
Geor.3.v.311. Nec minus interea medio jam noctis abactae *Aen.8.v.407.*
Aen.8.v.408. Curriculo expulerat somnum sociisq; vocatis *Aen.11.v.105.*
Aen.1.v.378. Ante diem divina dabat mandata Magister: *Aen.9.v.312.*
Aen.12.v.259. Haec erat, ** haec, votis, inquit, quam saepe petivi, *ibid.*
Aen.5.v.43. Clara dies, vobis et erit quae maxima semper. *Aen.8.v.272.*
Aen.10.v.630. Me manet insontem gravis exitus, et vocet oro: *Aen.11.v.442*
Aen.5.v.53. Annua vota tamen sollemnesque ordine mensas *Aen.7.v.125.*
Aen.4.v.27. Ante tener nostris ab ovilibus imbuat agnus. *Ecl.1.v.8.*
Aen.1.v.742. Tum Solymas *** toto lectos ex agmine mittit. *Aen.11.v.60.*
Aen.4.v.710. Qui dapibus mensas onerent Petrum atq; Joannem.
Aen.8.v.268. Ex illo celebratus honos **** ritusque sacrorum *Aen.12.v.836.*
Aen.9.v.80. Tempore, quo populus Sinai deserta peragrat *Aen.1.v.388.*
Aen.8.v.687. Ægyptum fugiens; longa est injuria, longae *Aen.1.v.345.*
Aen.1.v.346. Ambages, sed summa sequar fastigia rerum. *ibid.*
Aen.3.v.192. Postquam omnis longe populi processerat ordo *Aen.11.v.294.*
Aen.8.v.230. Dentibus infrendens Pharao: Proh Juppiter! ibit *Aen.4.v.590.*
Aen.4.v.591. Hic ait, et nostris illuserit advena regnis? *ibid.*
Aen.2.v.668. Arma viri ferte arma. Hinc asper, et improbus irâ *Aen.9.v.62.*
Aen.12.v.327. Emicat in currum, et campo sese arduus infert *Aen.9.v.53.*
Aen.10.v.458. Ire prior: mixtus dolor et pudor armat in hostes. *ibid.v.398.*
Aen.8.v.548. Praestantes virtute legit, qui in bella sequantur, *ibid.v.547.*

Adnotationes.

* (*curarum fluctuat aestu*) Cor impii quasi mare fervens, inquit Spir. S.

** (*Haec erat etc.*) Adluditur ad Christi effatum Luc. 22. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.*

*** (*Tum Solymas etc.*) Habet hoc Luc. c. 22. ibi: *misit Petrum et Joannem, dicens: euntes parate nobis Pascha.*

**** (*Ex illo celebratus honos*) Consulatur liber Exodi, ubi describitur Paschae celebrationis historia cap. 12., et Pharaonis persequutio cap. 14.

Aen.2.v.331.	Millia quot magnâ nunquam venere Syene. *	*ibid.*
Aen.11.v.621.	Jamque propinquabant : populum circumstetit horror,	*Aen.2.v.559.*
Aen.11.v.13.	Turba ducem, pueri et pavidae longo ordine matres	*Aen.2.v.766.*
Aen.2.v.516.	Praecipites atrâ ceu tempestate columbae ,	*ibid.*
Aen.6.v.314.	Tendebantque manus ripae ulterioris amore ,	*ibid.*
Aen.11.v.151.	Et via vix tandem voci laxata dolore est.	*ibid.*
Ecl.2.v.14.	Nonne fuit satius ** duros perferre labores ;	*Aen.6.v.437.*
Ecl.2.v.15.	Atq; superba pati fastidia nonne Tyranni ?	*Aen.8.v.483.*
Aen.11.v.413.	Funditus occidimus inhumata infletaq; turba :	*ibid. v.372.*
Aen.10.v.377.	Ecce maris magno claudit nos obice pontus ,	*ibid.*
seq.	Dest jam terra fugae , neq; habet fortuna regressum :	*Aen.11.v.413.*
Ecl.2.v.7.	Nil nostri miserere ? mori nos denique cogis ?	*ibid.*
Aen.1.v.157.	Ille regit dictis animos *** et pectora mulcet :	*ibid.*
Aen.10.v.372.	Fidite : nam coelo est pietas , quae talia curet :	*Aen.2.v.536.*
Aen.4.v.242.	Tum virgam capit, **** hac medium jam dividit aequor,	*Geor.1.v.209.*
Aen.7.v.24.	Atque fugam dedit , et praeter vada fervida duxit.	*Aen.6.v.888.*
Aen.6.v.311.	Quam multae glomerantur aves ubi frigidus annus	*ibid.*
seq.	Trans pontum fugat , et terris immittit apricis ,	*ibid.*
Aen.10.v.428.	Oppositas turba ad ripas affusa ruebat.	*Aen.6.v.305.*
Geor.3.v.311.	Nec minus interea ponto se immisit aperto	*Aen.6.v.262.*
Aen.10.v.604.	More furens torrentis aquae vel turbinis atri	*ibid. v.603.*
Aen.12.v.498.	Terribilis Pharao , mediisq; in millibus ardet.	*Aen.1.v.495.*
Aen.1.v.513.	Quum subito eripiunt nubes coelumq; diemq;	*ibid. v.92.*
Aen.5.v.8.	Ut pelagus tenuere , crebris micat ignibus aether ,	*Aen.1.v.94.*
Aen.1.v.94.	Intonuere poli et ponto nox incubat atra.	*ibid. v.93.*

ADNOTATIONES.

* (*Syene*) urbs Aegypti in finibus Aethiopiae olim nobilissima sub tropico cancri sita, hodie Assovan.

** (*Nonne fuit satius*) Exodi 14. 12. *Nonne multo melius erat servire eis , idest Aegyptiis , quam mori in solitudine?* Sic Israelitae cum Moyse conquerebantur.

*** (*Ille regit dictis animos*) Exod. 14. v. 13. *et ait Moyses ad populum: nolite timere: state et videte magnalia Domini.*

**** (*Tum virgam capit*) ita enim Moysi mandaverat Deus Exod. 14. v. 16. *Tu autem eleva virgam tuam , et extende manum tuam super mare , et divide illud etc..*

*Aen.*1.*v.*89.	Una Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis	*ibid.*
seq.	Africus, et vastos tollunt ad littora fluctus;	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*95.	Praesentemq; viris intentant omnia mortem.	*ibid.*
*Aen.*2.*v.*176.	Extemplo tentanda fugâ * canit aequora Mambres	*ibid.*
*Aen.*8.*v.*443.	Praecipitate moras: nec plura effatus; at illos	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*133.	Fluctibus oppressos ingens a vertice pontus	*ibid.v.*118.
*Aen.*1.*v.*121.	Torquet agens circum et rapidus vorat aequore vortex.	*ibid.*
seq.	Adparent rari nantes in gurgite vasto,	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*105.	Scuta virûm, galeaeq; et barbara gaza per undas	*ibid. v.*123.
*Geor.*1.*v.*251.	Idcirco celebratus honos; laetique minores	*Aen.*8.*v.*268.
seq.	Servavere diem rebus jam rite paratis, **	*Aen.*4.*v.*555.
*Aen.*8.*v.*285.	Instaurantq; epulas et mensae sacra quotannis	*Aen.*5.*v.*59.
*Aen.*9.*v.*565.	Quaesitum matri multis balâtibus agnum,	*ibid.*
*Geor.*1.*v.*298.	Et tostas fruges et amaris intyba fibris,	*ibid. v.*120.
*Aen.*7.*v.*188.	Succincti trabeas, laevâque hastile gerentes.	*ibid.*
*Aen.*9.*v.*1.	Atq; ea cum Petro Solymis dum sacra Joannes	*Aen.*11.*v.*739.
*Aen.*1.*v.*182.	Expediunt, mediisque parant convivia tectis,	*ibid. v.*642.
*Aen.*4.*v.*136.	Tandem progreditur, fratrum stipante catervâ,	*ibid.*
	Bethaniâ *** Christus, gressumq; ad moenia tendens	*Aen.*1.*v.*414.
*Aen.*5.*v.*748.	Edocet imperium et cari praecepta Parentis.	*ibid.v.*747.
*Aen.*2.*v.*1.	Conticuere omnes intentique ora tenebant:	*ibid.*
*Aen.*9.*v.*219.	Ille autem gradiens lacrymis affatur obortis	*Aen.*3.*v.*492.
*Aen.*1.*v.*375.	Suspirans imoque trahens a pectore vocem:	*ibid.*
*Aen.*7.*v.*706.	Ecce Tyrannorum **** priscam conscendimus Urbem;	*Aen.*3.*v.*293.

Adnotationes.

* (*Extemplo tentanda fuga etc.*) Ita Aegyptii mutuo loquebantur Exod. 14. v. 25. *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Hic vero isthaec Mambri admonitio adscribitur divinatori et Mago inter Aegyptios celeberrimo, alterique ex iis, qui virgas verterunt in colubros Exod. 7. et II. ad Timoth. 3.

** (*rebus jam rite paratis*) ut Exod. 12, ubi ritus Paschales describuntur.

*** (*Bethania*) quae erat prope Hierosolymam itinere stadiorum 15.

**** (*Ecce Tyrannorum*) Adluditur ad ea, quae habet Luc. c. 13. ibi: *Jerusalem, Jerusalem, quae occidis Prophetas etc*, nec non ad ea, quae habet cap. 18. ibi: *Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur, quae scripta sunt de Filio hominis; tradetur enim .... et occidetur*; et ad ea demum, quae habentur cap. 19. ibi: *Videns civitatem, flevit super eam etc.*

Aen.9.v.456.	Caede Prophetarum ad muros ubi plurima fuso	*Aen.12.v.690.*
seq.	Sanguine terra madet : Vitam hic cum sanguine fundam	*Aen 4.v.621.*
Aen.8.v.131.	Huc mea me virtus , et sancta oracula Vatum	*ibid.*
Aen.12.v.178.	Et Pater Omnipotens fatis egere volentem ; *	*Aen.8.v.133.*
Ecl.4.v.24.	Occidat ut Serpens , et culpam morte piarem.	*Aen.2.v.140.*
Aen.6.v.637.	His demum exactis (mihi enim mora libera mortis) **	*Aen.12.v.74.*
Aen.11.v.210.	Tertia lux , gelidam coelo ut dimoverit umbram ,	*ibid.*
Aen.2.v.578.	Adspiciet , partoq; ibo super astra triumpho.	*ibid.*
Aen.2.v.535.	Ast tibi vae *** miserae nimium vicina Gomorrhae	*Ecl.9.v.28.*
Aen.11.v.360.	Jerusalem toties Dominum adspernata vocantem. ****	*Geor.3.v.393.*
Aen.2.v.65.	Undique te obsidione iterum, ***** valloque tenebit	*Aen.9.v.598.*
Aen.10.v.900.	Hostis et insidiis noctis ****** capiere serenae ;	*Geor.1.v.426.*
Aen.12.v.132.	Invalidosq; senes , matres et vulgus inermum	*ibid. v.131.*
Aen.2.v.667.	Alterum in alterius mactatos sanguine cernes.	*ibid.*
Aen.1.v.758.	Ilicet ignis edax flammis circumdabit arces ,	*Aen.6.v.783.*
Ecl.6.v.38.	Altius atq; cades canibus data praeda Latinis.	*Aen.9.v.485.*
Aen.8.v.303.	Talia carminibus cecinerunt omnia Vates *******.	*Aen.5.v.524.*
Aen.6.v.1.	Sic fatur lacrymans sociis , mediaeq; tenet jam	*Aen.2.v.359.*

ADNOTATIONES.

* (*fatis egere volentem*) quia licet decreto Patris obediens , libere tamen Christus se obtulit ad supplicium.

** (*mihi enim mora libera mortis*) Unus fuit Jesus, qui non solum quia voluit, sed et quando voluit , mortuus est , ob id dictus a Regio Psalte , *inter mortuos liber* , Psal. 87. ; et Jo. 10. Ipse de se ait : *Ego pono animam meam a me ipso : nemo tollit eam a me etc.*

*** (*Ast tibi vae etc.*) Dicitur hic Jerusalem vicina Gomorrhae non vicinia loci et situs , sed vicinia et similitudine sortis; igne enim aeque ac illa esset conflagratura. Vide Ezechiel. cap. 16. , ibique Alapid.

**** (*adspernata vocantem*) juxta illud Luc. 13. *Jerusalem , Jerusalem , quoties volui congregare filios tuos sub alas , et noluisti etc.*

***** (*Undique te obsidione iterum*) Alluditur ad Christi vaticinium de eversione Hierosolymae Luc. 19. , quae futura non esset prima , ideoq. additur *iterum* , ratione habita praecedentium.

****** (*insidiis noctis etc.*) Consulatur historia Flavii Josephi de Bello Jud. capite 9.

******* (*cecinerunt omnia vates*) Genes. 49. v.10. prostat vaticinium Jacob Patriarchae de cessatione Regni Judaici. Clarior praeterea Danielis prophetia cap. 9. v. 26. ; ibi : *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus , et Civitatem et Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo , et finis ejus vastitas , et post finem belli statuta desolatio* ; quae per Titum Rom. Imp. singillatim completa sunt.

seq.	Urbis iter, Templumq; adparet in arce vetustum.	*Aen.3.v.531.*
Aen.3.v.219.	Huc ubi delatum media testudine Templi,	*Aen.1.v.509.*
Aen.10.v.725.	Conspexit Judas, verbis compellat amicis,	*Aen.2.v.372.*
Ecl.6.v.20.	Addit se socium turbae, et comitatur euntem.	*Aen.6.v.863.*
Aen.8.v.280.	Devexo interea propior fit vesper Olympo:	*ibid.*
Aen.2.v.235.	Accingunt omnes operi, quod lege tenentur	*Aen.12.v.819.*
Aen.6.v.657.	Vescentes, laetique choro divina canentes.	*ibid.*
Aen.1.v.226.	Postquam exemta fames epulis, coelestia dona *	*Geor.4.v.1.*
Aen.4.v.639.	Perficere est animus, finemq; imponere Legi. **	*ibid.*
Aen.8.v.415.	Mollibus e stratis surgit pronusque Magister	*Aen.1.v.119.*
Aen.5.v.381.	Mox Petri stetit ante pedes succinctus amictu,	*Aen.12.v.401.*
Aen.4.v.90.	Quem simul ac sensit studio gestire lavandi,	*Geor.1.v.387.*
Aen.4.v.135.	Stat senior, retroq; pedem cum voce repressit:	*Aen.2.v.378.*
Aen.9.v.481.	Hunc ego Te Domine adspicio? speravimus ista	*Aen.10.v.42.*
Geor.2.v.341.	Ferrea progenies? tali haud me dignor honore.	*Aen.1.v.339.*
Aen.10.v.628.	Cui Christus: Vos haec olim meminisse juvabit:	*Aen.1.v.207.*
Ecl.3.v.54.	Sensibus ergo imis (res est non parva) reponas:	*ibid.*
Aen.12.v.800.	Desine jam tandem: sic me decet usque teneri,	*Aen.5.v.384.*
Aen.5.v.467.	Cede Deo: neu praeceptis parere recusa:	*Aen.2.v.607.*
Aen.1.v.53.	Praeterea haud aliter sedem veniemus in unam. ***	*Aen.2.v.716.*
Aen.2.v.650.	Talia perstabat memorans: superaddidit ore	*ibid.v.593.*
Aen.2.v.544.	Sic fatus Senior: Rex omnipotentis Olympi,	*Aen.12.v.791.*
Ecl.5.v.4.	Tu major; Tibi me est aequum parere minorem,	*Aen.9.v.593.*
Geor.4.v.485.	Jamq; pedem referens immisit fontibus ambos.	*Ecl.2.v.59.*
Aen.2.v.394.	Hoc Simon, hoc ipse Thomas, omnisq; caterva	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*coelestia dona*) idest sacramenta Corporis et Sanguinis sui.

** (*finemque imponere legi*) Eucharistici siquidem Sacramenti institutione tamquam mortis suae memoriali perpetuo, ac futurae gloriae solidissimo pignore, in quo Dominus ipse gloriae continetur, omnes vetustae Legis figurae ac ritus finem acceperunt suum, unde vocatur a D. Thoma *figurarum veterum impletivum.* Opus. 57.

*** (*haud aliter sedem veniemus in unam*) Respondet verbis Christi Domini Jo. 13. *Si non lavero te, non habebis partem mecum.*

seq.	Laeta facit : Dominus nunc hos , nunc accipit illos	*Aen.6.v.315.*
Aen.5.v.86.	Amplexus placide , puroque in fonte lavabat.	*Aen.7.v.489.*
Aen.12.v.803.	Ventum ad supremum est : iterumq; adopertus amictu	*Aen.3.v.405.*
Aen.2.v.2.	Inde thoro Christus Dominus sic orsus ab alto :	*ibid.*
Ecl.3.v.59.	Alternis vestri memoranda inventa Magistri	*Geor.4.v.283.*
Geor.1.v.210.	Exercete viri , et pacem laudate sedentes :	*Aen.11.v.460.*
Aen.12.v.780.	Dixit : opemque Dei * magno inflamatus amore ,	*Aen.3.v.330.*
Aen.12.v.196.	Suspiciens coelum non cassa in vota vocavit.	*ibid. v.780.*
Geor.4.v.1.	Protinus et sacros Genitori instaurat honores ,	*Aen.5.v.94.*
Aen.8.v.124.	Accepitq; manu sacris libamina prima	*Aen.6.v.246.*
Aen.8.v.181.	Dona laboratae cereris , ** nec multa moratus ,	*Aen.3.v.610.*
Aen.1.v.733.	Implevitq; mero pateram , dehinc talia fatur.	*ibid. v.135.*
Aen.5.v.304.	Accipite haec nostri monimentum et pignus amoris ,	*ibid. v.538.*
Aen.6.v.442.	Hoc quod crudeli violabunt vulnere corpus ,	*Aen.11.v.848.*
Aen.3.v.67.	Sanguinis et sacri pateram : partitur in omnes ,	*Aen.1.v.198.*
Aen.8.v.450.	Accipiunt redduntq; aliis : sic deinde loquutus :	*Aen.5.v.14.*
Aen.3.v.408.	Hunc socii morem sacrorum mente tenete ;	*ibid.v.388.*
Aen.5.v.476.	Et quo servetis nostri monimenta doloris , ***	*Aen.12.v.945.*
Aen.3.v.409.	Ac casti maneant in Relligione nepotes.	*ibid.*
Aen.11.v.14.	Maxima res effecta viri : timor omnis abesto :	*ibid.*
Aen.1.v.211.	Durate , et vosmet rebus servate secundis :	*ibid.*
Aen.5.v.710.	Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. ****	*ibid.*
Aen.6.v.726.	Spiritus intus alet Deus aethere missus ab alto ,	*Aen.4.v.574.*

Adnotationes.

* (*Dixit , opemque Dei etc.*) Describuntur cerimoniae eucaristicae Institutionis.

** (*Dona laboratae cereris*) Non eo nomine pagana divinitas, sed panis triticeus, vel triticum ipsum latine significantur, quum vocabulo epitheta adjecta sunt, quae divinitati convenire non possunt, ut est hic epitheton *laboratae*, quod pani non divinitati congruere per se manifestum est, quo sensu et alibi eodem vocabulo Virgilius utitur ad frumentum significandum aqua maris immissa putrefactum, *Cererem corruptam* undis adpellans.

*** (*nostri monimenta doloris*) Christus Eucharistiam instituens ita discipulos est adloquutus: *Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*; unde Patres eam vocant memoriale perenne Dominicae Passionis.

**** (*superanda omnis fortuna ferendo est*) Respondet illi Dominico effato *in patientia vestra possidebitis animas vestras.*

Aen.10.v.409.	Ille sedens victor viresque animumq; ministrat	Aen.9.v.764.
Aen.1.v.208.	Per varios casus per tot discrimina rerum	ibid.
Aen.3.v.564.	Tollimur in coelum. Pluton, cui nomina mille, *	Aen.7.v.337.
seq.	Mille nocendi artes et crimina noxia cordi,	Aen.7.v.336.
Geor.4.v.328.	Omnia tentabit, quo tempestatibus actam	Aen.3.v.708.
Aen.10.v.678.	Petre ratem saevo possit submergere ponto.	Aen.1.v.44.
Aen.7.v.560.	Ipse regam et tutos patrio vos limine sistam.	Aen.2.v.620.
Aen.5.v.814.	Unus erit **, dirumque nefas in pectore versat	Aen.4.v.563.
Aen.3.v.421.	Proditor: hunc imo baratri sub gurgite mersit	Aen.6.v.342.
Aen.3.v.57.	Auri sacra fames, et ad impia tartara mittet.	Aen.6.v.543.
Aen.4.v.657.	Felix heu nimium felix! sua si bona nosset,	Geor.2.v.458.
Ecl.1.v.36.	Si nunquam gravis aere domum sibi dextra redisset,	ibid.
Aen.8.v.4.	Extemplo turbati animi: simul ore fremebant	Aen.5.v.385.
Aen.1.v.59.	Illi indignantes magno cum murmure circum,	Aen.8.v.285.
Aen.11.v.121.	Conversique oculos inter se atque ora tenebant.	ibid.
Aen.2.v.534.	Non tamen abstinuit Senior vocique pepercit:	ibid.
Ecl.9.v.17.	Heu cadit in quemquam tantum scelus! heu tua nobis	ibid.
seq.	Pene simul tecum solatia rapta videbo?	Ecl.1.v.77.
Aen.11.v.396.	Haud ita: *** me patiar quemvis durare laborem	Aen.8.v.577.
Aen.4.v.320.	Te propter, nec cruda mihi viridisq; senectus	Aen.6.v.304.
Aen.9.v.611.	Debilitat vires animi, mutatque vigorem:	ibid.
Aen.11.v.591.	At quicumque sacrum violarit vulnere corpus	ibid.
Aen.11.v.849.	Morte luet merita; possit quid vivida virtus	ibid. v.386.
seq.	Experiere: libet caput objectare periclis.	Aen.2.v.751.
Aen.12.v.18.	Olli sedato respondit corde Magister:	Aen.5.v.176.

Adnotationes.

* (*Pluton cui nomina mille etc.*) Adluditur ad ea, quae habet Luc. cap. 22. ibi: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribaret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

** (*Unus erit*) Matth. 26. v. 21. *Unus vestrum me traditurus est: vae autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur.*

*** (*Haud ita etc.*) Concordat iis, quae habentur Joan. 13. *Animam meam pro te ponam*; et Luc. 22. v. 33. *Domine tecum paratus sum et in carcerem, et in mortem ire.*

ter increpato, Judaeisq; exprobratis de nocturna violentia, quum interdiu in templo vel Sinagoga docentem capere facile potuissent. Interea discipulis hac illac dispersis, vinctum Judaei Christum Hierosolymam deducunt, Petro et Joanne sequentibus, isto quidem cominus, illo vero eminus. Caiphas autem coacto iterum Concilio post varias interrogationes habitas, falsosque testes in Christum admissos, illum morti cuncto adjudicat suffragante Concilio; Petro interea ter foris in atrio Caiphae Dominum abnegante, qui mox gallicinio, et Magistri obtutu resipiscens egreditur foras peccatum suum defleturus amare. Christus vero tota illa nocte illuditur a Judaeis velantibus faciem ejus, atque caedentibus.

*Aen.*8.*v.*26.	Nox erat, et terras animalia fessa per omnes	*ibid.*
*Aen.*9.*v.*225.	Laxabant curas, et corda oblita laborum.	*ibid.*
*Aen.*2.*v.*349.	At Christum audentem extrema, per ardua dulcis	*Geor.*3.*v.*291
seq.	Raptat amor, juvat ire jugis felicis olivae:	*Aen.*6.*v.*230.
*Geor.*1.*v.*346.	Omnis quem chorus et socii comitantur euntem,	*Aen.*12.*v.*903.
*Aen.*1.*v.*588.	Unus abest coena in media qui flammea torquens	*Aen.*7.*v.*448.
*Aen.*2.*v.*406.	Lumina, non secus ac coluber mala gramina pastus *	*ibid. v.*471.
*Aen.*11.*v.*462.	Corripuit sese **, et tectis citus extulit altis.	*ibid.*
*Aen.*8.*v.*585.	Jamq; adeo exierant portis campumq; tenebant	*Aen.*11.*v.*903.
*Aen.*9.*v.*568.	Ardentes, varioque viam sermone levabant.	*Aen.*8.*v.*309.
*Aen.*2.*v.*713.	Est urbe egressis penitus convalle virenti	*Aen.*6.*v.*679.

Adnotationes.

* (*mala gramina pastus*) Haec comparatio non ita ad Judam referenda, quasi ipse malo cibo usus fuerit, non enim malum cibum vel paschalem agnum, vel eucharistiam sumens, sed bonum male malus accepit, ut loquitur Augustinus Tract. 26. in Jo.; sed vel sic, ut τo *mala* noxia significet, non quidem in se, sed ex prava sumentis dispositione; vel aptius ita, ut non omnino ad Judam et omni ex parte referatur comparatio, sed quod ad torsionem oculorum tantum factam a Juda in morem serpentis venenatis herbis pasti.

** (*Corripuit sese etc.*) *Accepta buccella exivit continuo.* Jo. 13. v. 30.

Aen.6.v.704.	Seclusum nemus et virgulta sonantia sylvis	ibid.
Aen.7.v.178.	Antiqua e cedro, et fugiens per gramina rivus,	Geor.4.v.19.
Geor.1.v.231.	Idcirco Hebraei dixerunt nomine Cedron :	Aen.6.v.242.
Aen.6.v.415.	Trans fluvium almus ager, zephyriq; tepentibus auris	Geor.2.v.330.
Geor.2.v.331.	Laxant arva sinus, et quum ruit imbriferum ver	Geor.1.v.313.
Geor.4.v.109.	Invitant croceis halantes floribus horti :	ibid.
Geor.2.v.53.	Necnon et steriles qua se subducere colles	Ecl.9.v.7.
seq.	Incipiunt, mollique jugum demittere clivo	ibid.
seq.	Usque ad aquam, gaudent sylvâ vivacis olivae.	Geor.2.v.181.
Aen.3.v.219.	Huc ubi delati, delectos ordine ab omni	Aen.7.v.152.
Aen.1.v.308.	Accipit, et moesto dejectus lumina vultu,	Aen.6.v.156.
Aen.10.v.105.	(Quandoquidem * nunc sollicitum timor anxius urget	Aen.9.v.89.
Geor.3.v.518.	Moerentem Dominum et pallentem morte futurâ)	Aen.8.v.709.
Geor.1.v.313.	Quae vigilanda viris, ne cui succumbere culpae,	Aen.4.v.19.
Geor.4.v.537.	Et modus orandi qui sit prius ordine dicit.	ibid.
Aen.6.v.313.	Stabant orantes primum et praecepta facessunt.	Aen.9.v.45.
Aen.8.v.522.	Multaque dura suo tristi cum corde putabant.	ibid.
Aen.2.v.203.	Ecce autem ramum ** lethaeo rore madentem,	Aen.5.v.854.
Aen.5.v.855.	Vique soporatum stygia super utraque quassat	ibid.
seq.	Tempora, tum fuscis illos complectitur alis	Aen.8.v.369.
Aen.12.v.310.	Somnus, in obscuram clauduntur lumina noctem.	ibid.
Aen.11.v.608.	Jamque intra jactum teli progressus in altum	Geor.4.v.528.
Aen.11.v.87.	Sternitur ***, et toto projectus corpore Christus	ibid.
Aen.12.v.220.	Suppliciter venerans palmas cum voce tetendit.	Aen.2.v.688.
Aen.10.v.100.	O Pater Omnipotens, rerum cui summa potestas,	ibid.

Adnotationes.

* (*Quandoquidem etc.*) juxta Evangelicam historiam in hortum Christus ingressus: *coepit pavere, taedere, et moestus esse.*

** (*Ecce autem ramum etc.*) Quum somnus pigritiam, omniumque vitiorum omnium caussas foveat, non incongrue e tenebrarum veluti regione procedens describitur attentis nedum Paganorum fabulis, sed somni ipsius effectibus.

*** (*Sternitur etc.*) secundum Matth. Christus progressus pusillum a tribus discipulis *procidit in faciem suam orans et dicens: Pater mi etc.* Cap. 26.

Aen.1.v.530.	Parce pio generi, et propius res adspice nostras,	*ibid.*
Aen.6.v.365.	Eripe me his invicte malis, miserere laborum	*Aen.2.v.143.*
Aen.2.v.144.	Tantorum, miserere animi non digna ferentis:	*ibid.*
Aen.4.v.319.	Oro, si quis adhuc precibus locus, Optime Regum,	*Aen.11.v.353.*
Aen.1.v.285.	Consilia in melius tua, qui potes, orsa reflectas.	*Aen.10.v.632.*
Aen.10.v.31.	Sin sine pace tua, atque invito Numine posco,	*Aen.6.v.66.*
Aen.2.v.660.	Et sedet hoc animo, in me jam mora non erit ulla: *	*Ecl.3.v.52.*
Geor.4.v.326.	En etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem	*ibid.*
Aen.5.v.314.	Subjicio, pulchramque petam per vulnera mortem.	*Geor.4.v.218.*
Geor.2.v.429.	Nec minus interea sociis timet omnia secum,	*Aen.11.v.550.*
Aen.1.v.366.	Et metus acer erat (quis enim modus adsit amori?)	*Ecl.2.v.68.*
Aen.10.v.517.	Tunc adiit: placidum carpebant fessa soporem	*Aen.4.v.522.*
seq.	Corpora per terram gelidique sub aetheris axe:	*Aen.8.v.28.*
Aen.6.v.387.	Sic prior adgreditur dictis, atq; increpat ultro.	*ibid.*
Aen.11.v.152	Non haec Petre tuo dederas promissa Magistro:	*Ecl.3.v.101.*
Aen.10.v.229.	Ah vigila: potes hoc sub casu ducere somnos?	*Aen.4.v.560.*
Aen.5.v.174.	Oblitus decorisque tui, sociùmque salutis?	*ibid.*
Aen.3.v.389.	Sollicito aut quonam nostri tibi cura recessit?	*Aen.2.v.595.*
Aen.2.v.274.	Qualis eras Simon! quantum mutatus ab illo!	*ibid.*
Aen.6.v.633.	Dixerat, et notâ fertur regione viarum;	*Aen.2.v.737.*
Aen.4.v.56.	Atque ** iterum ad tua Magne Pater consulta revertens	*Aen.11.v.410.*
Aen.2.v.770	Nequicquam ingeminans iterumq; iterumq; vocavit.	*ibid.*
Aen.6.v.557.	Hinc exaudiri gemitus *** ac verba precantis	*Aen.7.v.237.*

ADNOTATIONES.

* (*in me mora non erit ulla*) Non absimile habet David Psal. 39. de submississima Christi obedientia supremae Patris sui voluntati his verbis: *Tunc dixi: ecce venio.*

** (*Atque iterum etc.*) Ter Christus rogavit Patrem de translatione calicis acerbissimae Passionis, neq; in hoc exauditus unquam fuit. Matth. 26.

*** (*Hinc exaudiri gemitus etc.*) juxta illud Apostoli ad Hebr. 5. *Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia;* subdidit nempe Christus priori de translatione calicis alteram petitionem reverentissimam: *non sicut Ego volo, sed sicut Tu:* Matth. loc. cit., et in hac fuit exauditus, unde et Angelus adparuit a Patre missus ad ipsum confortandum.

Aen.5. v.149.	Consonat omne nemus, colles clamore resultant.	*ibid. v.150.*
Aen.2. v.263.	Ecce autem summo de vertice visus Olympi	*ibid. v.682.*
Aen.11. v.447.	Nuncius haec perfert celeres mandata per auras	*Aen.4. v.270.*
Aen.11. v.241.	Ordine cuncta suo, et dictis solatur amicis:	*Aen.5. v.770.*
Aen.8. v.301.	Salve vera Dei proles, Sanctum mihi Numen;	*ibid. v.382.*
Aen.6. v.463.	Imperii superi et divorum maxime Rector,	*Aen.8. v.572.*
Geor.1. v.328.	Ipse Pater Tibi me claro demittit Olympo:	*Aen.4. v.268.*
Aen.6. v.376.	Desine fata Dei flecti sperare precando,	*ibid.*
seq.	Sed cape dicta memor duri solatia casûs,	*ibid.*
Aen.1. v.27.	Quid metuens tantos volvis sub pectore fluctus?	*Aen.12. v.831.*
Aen.8. v.364.	Aude atque adversum fidens fer pectus in hostem,	*Aen.11. v.370.*
Aen.7. v.426.	Tartareas i sterne acies, tege pace propinquos. *	*Aen.3. v.502.*
Ecl.4. v.50.	Adspice convexo nutantem pondere mundum	*ibid.*
Geor.1. v.200.	In pejus ruere: en ingens Acheronte vorago	*Aen.7. v.569.*
Aen.7. v.570.	Pestiferas aperit fauces, manditq; trahitque.	*Aen.9. v.340.*
Aen.6. v.307.	Magnanimûm heroum ** quondam, dum vita manebat,	*Aen.5. v.724.*
Aen.6. v.720.	Sublimes animae, supera ut convexa revisant,	*ibid. v.750.*
Aen.12. v.217.	Jamdudum duplices tendunt ad sidera palmas,	*Aen.1. v.97.*
Aen.10. v.6.	Coelicolae generis lapsi *** sarcire ruinas	*Geor.4. v.249.*
Aen.3. v.93.	Submissi petimus: pacem Te poscimus omnes, ****	*Aen.11. v.362.*
Aen.7. v.536.	Tu paci medium Te offer justissimus unus.	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*tege pace propinquos*) idest homines, qui divinae incarnationis virtute propinqui Christi facti erant: at non dum a peccatis divino ejus sanguine expiati, Dei adhuc manebant inimici, quo circa eos Angelus per Mediatorem ipsum Jesum pacificari postulat.

** (*Magnanimum heroum etc.*) idest sanctorum Patriarcharum redemtionem suspirantium in Limbo, supernamque gloriam cum Christo.

*** (*generis lapsi etc.*) Ex coetu Angelorum innumeri cum Lucifero defecerant, pulsique coelo rudentibus inferni fuerant mancipati. Horum ruinam, quae non incongrue generis dicitur, quod ex cunctis ceciderint ordinibus juxta SS. Patrum doctrinam, substitutione salvandorum hominum quantocius sarciri universi coetus Angelici nomine expostulat coelestis nuncius.

**** (*pacem te poscimus omnes*) Vere enim per Mediatorem Christum omnia erant pacanda secundum sublimem Apostoli doctrinam ad Coloss. 1. *Pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in coelis sunt.* Consulatur D. Thom. in cit. Apost. loc.

Aen.10.v.849. Morte Tua miserere (potes namq; omnia) nec Te *Aen.6.v.117.*
Aen.11.v.21. Impediat, * segnemve metu sententia tardet. *ibid.*
Ecl.4.v.52. Adspice venturo laetentur ut omnia saeclo ! *ibid.*
Aen.10.v.30. Et tua se quantis attollat gloria rebus ! *Aen.4.v.49.*
Aen.2.v.718. Te bello e tanto digressum et caede Draconis *Aen.4.v.484.*
Aen.6.v.706. Innumerae gentes populique in vota vocabunt *Aen.5.v.234.*
Aen.7.v.224. Europae atque Asiae : Tibi serviet ultima Thule ; *Geor.1.v.30.*
Aen.8.v.728. Indomitiq; Dahae, et distincti vestibus Afri ; *ibid.v.724.*
Aen.6.v.653. Christiadaeque tui Capitolia celsa tenebunt. *ibid.*
Aen.1.v.296. Hic Tibi tercentum solido de marmore templa, *Aen.6.v.69.*
Aen.12.v.840. Nec gens ulla ** tuos aeque celebrabit honores, *ibid.*
Aen.1.v.611. In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae *ibid.*
seq. Lustrabunt convexa, polus dum, sidera pascet, *ibid.*
seq. Semper honos Nomenque Tuum laudesq; manebunt. *ibid.*
Aen.5.v.738. Jamq; vale : torquet medios nox humida cursus : *ibid.*
Aen.9.v.14. Dixit, et in coelum paribus se sustulit alis. *ibid.*
Aen.8.v.582. His dictis curae emotae, pulsusque parumper *ibid.*
seq. Corde dolor tristi, at rursus pugna aspera surgit : *** *Aen.9.v.667.*
Geor.1.v.506. Tam multae scelerum facies immania monstra *Aen.3.v.583.*
Aen.4.v.210. Terrificant animum et turbatam funere mentem *Aen.11.v.3.*
Aen.6.v.608. Hic quibus invisi fratres, quae maxima turba est, *ibid.v.611.*
Aen.6.v.609. Pulsatusve parens, vel fraus innexa clienti, *ibid.*
Aen.6.v.623. Qui thalamum invasit natae, vetitosq; hymenaeos, *ibid.*
Aen.6.v.442. Et quos durus amor crudeli tabe peredit, *ibid.*
Aen.6.v.569. Distulit in seram qui admissa piacula mortem, *ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Impediat*) Non mirum si Angelus Christum adhortans inducitur, qui ad hoc missus fuerat, ut confortaret.

** (*Nec gens ulla etc.*) Romanorum religio et fides teste Apostolo praedicabatur in universo mundo ad Rom. 1., neque videtur defectura, manente ad finem usquae saeculi Petri cathedra, cui Romana adhaeret Ecclesia.

*** (*at rursus pugna aspera surgit*) Post Angeli discessum, statim major succedit turbatio ob vivissimam innumerabilium totius Orbis omniumq; temporum peccatorum apprehensionem, quae timorem vicinae mortis de proximo subsequuta cum ingratorum tanto beneficio animorum praevisione, interius animae Christi certamen reddidit atrocissimam.

Aen.6.v.621.	Vendidit et qui auro dominum, seq; obtulit ultro	*Aen.8.v.611.*
Ecl.1.v.71.	Impius et scelere ante alios immanior omnes.	*Aen.1.v.351.*
Aen.6.v.625.	Non mihi si linguae centum sint, oraque centum,	*ibid.*
seq.	Ferrea vox, omnes scelerum compraendere formas,	*ibid.*
seq.	Omnia culparum percurrere nomina possem	*ibid.*
Aen.2.v.773.	Visa sibi ante oculos torvis volitare figuris.	*Aen.10.v.641.*
Geor.2.v.367.	Inde ubi jam mediis fervoribus acrior instat	*Geor.3.v.154.*
Geor.1.v.506.	Tam multas scelerum facies, tot volvere culpas,	*Aen.1.v.13.*
Aen.12.v.332.	Sanguineus toto manabat corpore sudor	*Aen.3.v.175.*
Aen.5.v.330.	Fusus humi, viridesque super madefecerat herbas,	*ibid.*
Aen.12.v.905.	Genua labant, gelidos quatit aeger anhelitus artus,	*Aen.5.v.432.*
Aen.5.v.333.	Concidit et spissâ jacuit revolutus arena.	*Aen.5.v.336.*
Aen.5.v.453.	At non tardatus casu neque territus Heros,	*ibid.*
Aen.12.v.669.	Ut primum fessae rediere in pristina vires,	*ibid.v.424.*
Aen.3.v.34.	Multa movens animo graditur, sociosq; revisit.	*Aen.6.v.899.*
Aen.12.v.710.	Ast illi toto proflabant pectore somnum.	*Aen.9.v.326.*
Aen.4.v.573.	Praecipites vigilate viri (simul excitat illos)	*Aen.9.v.221.*
Aen.9.v.221.	Acceleremus, ait, nam vis inimica propinquat.	*Aen.12.v.150.*
Aen.2.v.254.	Et jam Hebraea phalanx Solymis se laeta ferebat	*Aen.1.v.507.*
Aen.8.v.462.	Procedens tacitae per amica silentia lunae:	*Aen.2.v.255.*
Aen.12.v.457.	Agmen agit Judas * notâ regione viarum	*Aen.2.v.737.*
Aen.6.v.529.	Hortator scelerum, mensaeq; adsuetus herili,	*Aen.7.v.490.*
Aen.12.v.129.	Utque dato signo possent retinere Magistrum	*Aen.5.v.669.*
Aen.2.v.152.	Dixerat ille dolis instructus et arte malignâ,	*Aen.6.v.270.*
Aen.1.v.202.	O socii ne noster honos infractave cedat	*Aen.7.v.332.*
Aen.10.v.40.	Sors rerum, quae dicam animis advertite vestris.	*Aen.2.v.712.*
Geor.2.v.394.	Carminibus patriis ** (experto credite) quantum	*Aen.11.v.283.*
Ecl.8.v.50.	Improbus ille suae possit non immemor artis!	*Geor.4.v.440.*

ADNOTATIONES.

* (*Agmen egit Judas*) Actorum Apost. c.1. v.16. Judas expresse dicitur ab Apostolo Petro: *Dux eorum, qui comprehenderunt Jesum.*

** (*Carminibus patriis etc.*) Judaeos ad vigilantiam, et cautionem adhortatur, versute arguens ex eo, quod aliunde ipsis persuasum erat, praestigiis nempe Christum, et incantationibus valuisse plurimum.

Aen.4. v.277.	Mortales medio * visus sermone relinquit	*ibid.*
Geor.4. v.500.	Commixtus tenues subito ceu fumus in auras,	*ibid. v.499.*
Aen.1. v.310.	Vel qualis nervo per nubem impulsa sagitta.	*Aen.12. v.856.*
Aen.10. v.104.	Accipite ergo animis; nunc est nunc viribus usus	*Aen.8. v.441.*
seq.	Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra,	*ibid.*
Aen.6. v.553.	Vis ut nulla virum fatis contraria nostris	*Aen.7. v.293.*
Aen.2. v.134.	Eripiat letho: unanimes densate catervas:	*Aen.12. v.264.*
Ecl.8. v.58.	Dux ego vester ero: pax bello tessera, ** signum.	*Aen.7. v.637.*
Aen.5. v.793.	Proh scelus! ecquid non mortalia pectora cogis	*Aen.3. v.56.*
seq.	Auri sacra fames crimenque caputq; malorum?	*Aen.12. v.600.*
Aen.7. v.472.	Certatim se Judaei exhortantur in arma:	*ibid.*
Aen.2. v.332.	Obsedere alii telis angusta viarum.	*ibid.*
Aen.9. v.380.	Hinc atque hinc, omnemq; aditum custode coronant.	*ibid.*
Aen.6. v.384.	Pars iter incaeptum peragunt: lucet via longo	*Aen.11. v.143.*
seq.	Ordine flammarum, et late aera micantia cernas.	*Aen.2. v.734.*
Aen.11. v.621.	Jamq; propinquabant, Judas praecesserat agmen; ***	*Aen.9. v.47.*
Aen.2. v.204.	(Horresco referens) dextrâq; amplexus Jesum, ****	*Aen.8. v.124.*
Aen.1. v.260.	Oscula libavit, fuditque has ore loquelas:	*Aen.5. v.842.*
Aen.5. v.80.	Salve sancte Parens: animorumq; ingruit horror,	*Aen.2. v.301.*
Aen.2. v.485.	Armatosq; vident dextrâ laevâque frequentes.	*Aen.6. v.483.*
Aen.12. v.18.	Olli sedato respondit corde Magister.	*Aen.5. v.391.*
Aen.6. v.389.	Fare age quid venias? quae te fortuna fatigat?	*ibid. v.533.*
Aen.2. v.151.	Quidve petis? quae relligio loca milite complet?	*ibid. v.495.*
Aen.10. v.672.	Quid manus ista virûm? pacemne huc fertis an arma?	*Aen.8. v.114.*
Aen.12. v.143.	Scis ut te cunctis, Juda, mortalibus aegris	*Geor.1. v.237.*

ADNOTATIONES.

* (*Mortales medio etc.*) Adducit factum verum ad probandam falsam assumtionem. Christus enim licet revera se invisibilem reddiderit Judaeis, eum comprachendere quaerentibus, non magica tamen arte, sed divina id praestitit virtute. Consulatur August. in Jo. cap. 8.

** (*pax bello tessera, signum*) osculum nempe pacis et amicitiae signum fuit condicta a Juda cum satellitibus Christi capiendi tessera.

*** (*Judas praecesserat agmen*) Luc. 22. *Judas antecedebat eos.*

**** (*dextraq; amplexus Jesum*) Nemo Iscariote magis simulator et hypocrita perfecta facie, blando gestu, amicisque verbis proditionem adimplevit, et Deicidium.

Aen.12.v.145.	Praetulerim, * coeliq; libens in parte locarim; **	*ibid.*
Aen.10.v.902.	Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera quondam	*Aen.4.v.307.*
Geor.3.v.112.	Tantus amor: potui tantum sperare dolorem?	*Aen.4.v.419.*
Aen.6.v.677.	Dixit: et antetulit gressum: Quem quaeritis adsum;	*Aen.1.v.599.*
Aen.1.v.85.	Haec ubi dicta, metu versi, retroq; ruentes	*Aen.10.v.573.*
Aen.5.v.198.	Procumbunt: vastis tremit ictibus excita tellus,	*Aen.7.v.722.*
Aen.10.v.102.	Et tremefacta solo sonitum super arma dedere.	*ibid. v.488.*
Geor.1.v.281.	Ter sunt conati cubitis innixa levare	*Aen.4.v.690.*
Aen.11.v.102.	Corpora nequicquam, ter fessi valle residunt;	*Aen.8.v.232.*
Aen.2.v.741.	Nec prius amissae rediere in pristina vires,	*Aen.12.v.424.*
Aen.10.v.320.	Nec juvere manus, quam sit permissa potestas.	*Aen.9.v.97.*
Aen.2.v.265.	Invadunt tamen immemores *** caecique furore,	*ibid.v.244.*
Aen.7.v.393.	Idem omnes simul ardor agit, rapiuntq; ruuntq;	*Aen.4.v.581.*
Aen.8.v.243.	Non secus ac rapidus montano flumine torrens.	*Aen.2.v.305.*
Aen.2.v.479.	Ipse inter primos **** praestanti corpore Malchus	*Aen.1.v.75.*
Aen.2.v.470.	Exultat telis et luce coruscus ahena	*ibid.*
Aen.12.v.339.	Hostibus insultans, certatq; illudere capto:	*Aen.2.v.64.*
Aen.8.v.256.	Non tulit hoc animis Cephas; seq; ipse per agmen	*Aen.10.v.440.*
Aen.8.v.257.	Praecipiti jecit saltu: haud moriemur inulti	*Aen.2.v.670.*
Aen.2.v.709.	Quo res cumque cadent: unum et comune periclum,	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Praetulerim*) Vocatus siquidem ad Apostolatum in electiorem gregis Christi portionem fuerat adscitus.

** (*coeli ue libens in parte locarim*) Non hic de coelo proprie fit sermo, sed de militante Ecclesia, quae regnum coelorum passim adpellatur in Evangelio, unde D. Greg. Papa regulam praescripsit Homil. 12. in Evang. *Saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis Ecclesia dicitur;* vel si de coelo proprie mavis intelligere, accipe non de electione ad gloriam: sed de simplici vocatione ad ipsam comparandam, juxta illud Evangelicum: *multi sunt vocati, pauci vero electi*; quod fortassis in idem redit.

*** (*Invadunt tamen immemores*) Ac si nihil illis accidisset, trinaeque prostrationis fuissent obliti, tanto ferebantur furoris impetu.

**** (*Ipse inter primos etc.*) Malchus dicitur in Evangelio Joannis: *Unus adsistens ministrorum pontificiorum*; mos est autem divinorum Scriptorum, praesertim Joannis, uti vocabulo *unus* pro primo denotando, ut observant cum Cyrillo Augustinus, et Albertus Magnus. Ita primam post Sabathum diem *unam Sabathi* adpellat Joannes Evang. cap. 20., Lazarum *unum ex discumbentibus*, idest primum, cap. 12. v. 2. etc.; unde hic unus ministrorum idem sonat, ac primus minister.

Aen.7.v.444.	Bella viri * sed Petre gerant queis bella gerenda ;	*ibid.*
Aen.1.v.223.	Vos extrema pati potius , vel quicquid acerbi est	*Aen.12.v.678*
Aen.12.v.153.	Perge decet : si aliquam sumtis spem ponis in armis,	*Aen.2.v.676.*
Aen.6.v.37.	Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit ,	*ibid.*
Aen.9.v.378.	Sed celerare fugam in sylvas , et fidere nocti.	*ibid.*
Aen.7.v.1.	Tu quoq; quum coeli mediam nox humida metam	*Aen.5.v.835.*
seq.	Contigerit , mentem ancipiti formidine pressus	*Aen.3.v.47.*
Aen.2.v.718.	Me bello in tanto magna ter voce negabis.	*Aen.6.v.506.*
Geor.2.v.172.	Imbellis vanum mendacemq; improba finget	*Aen.2.v.80.*
Aen.4.v.570.	Foemina ; sic fatus : contra cui talia reddit	*Aen.10.v.530.*
Aen.5.v.409.	Tum Senior : me ne incoepto desistere victum ? **	*Aen.1.v.41.*
Aen.12.v.645.	Terga dabo ? et Petrum fugientem haec terra videbit?	*ibid.*
Aen.11.v.503.	Audeo : et Hebraeae promitto occurrere turmae.	*ibid.*
Aen.2.v.701.	Jam jam nulla mora est : unum et commune periclum,	*ibid v.709.*
seq.	Una salus ambobus erit : jam pectore toto	*Aen.9.v.276.*
seq.	Te accipio , et Dominum casus complector in omnes.	*ibid.*
Aen.5.v.719.	Talibus incensos dictis Senioris amici	*ibid.*
Aen.4.v.581.	Idem omnes simul ardor habet, *** vox omnibus una :	*Aen.5 v.616.*
Aen.2.v.675.	Si periturus abis , et nos rape in omnia tecum :	*ibid.*
Aen.2.v.709.	Quo res cumq; cadent , sequimur Te Sancte deorum.	*Aen.4.v.576.*
Ecl.5.v.66.	Ecce duae stant ferri acies mucrone corusco.	*Aen.2.v.333.*
Ecl.9.v.55.	Sed tamen ista satis **** Christus , cunctisq; relictis	*Aen.8.v.109.*
seq.	Consurgunt mensis sanctarum in munere laudum. *****	*ibid. v.275.*

Annotationes

* (*Bella viri etc.*) Tangitur hic doctrina Evangelica de injuriis ferendis non vi propulsandis, et de persequutionibus non incurrendis sed declinandis.

** (*me ne incoepto desistere victum?*) Licet haec sententia non prostet litteraliter in sacra historia, satis tamen superque audaces ac prope temerariae Petri responsiones prudentiusque Magistri consiliis, nimiam discipuli in propria virtute fiduciam testantur.

*** (*Idem omnes simul ardor habet*) Concordat iis quae habentur Matth. 26. v. 35. *Similiter omnes discipuli dixerunt*; et Luc. 22. v. 38. *At illi dixerunt : Domine ecce duo gladii hic*; significantes, se paratos vim vi repellere.

**** (*Sed tamen ista satis*) Talis prostat apud Luc. cit. loc. Christi ad discipulos responsio.

***** (*sanctarum in munere laudum*) Mat. 26. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.*

VIRGILII SACRI

DE

MORTE CHRISTI

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Post coenam Christus cum discipulis, uno excoepto proditore pergit de more in montem olivarum, ubi tribus ex collegio delectis, indictâque eis vigilantia et oratione ad tentationes diaboli praecavendas, coepit contristari Passionis considerans acerbitatem, quin et Patrem instanter rogare de hujusmodi calycis translatione. Discipulos deinde prae tristitia obdormientes semel atq; iterum excitat, rediensq; ad orationem cum clamore valido et lacrymis Patrem precatus, exauditur pro sua reverentia, Angelo ad Eum confortandum demisso. Tum vero innumeris nefandisq; hominum sceleribus, ingratisq; in sua praesertim beneficia animis consideratis in amarissimum taedium, agonemque prope lethalem deveniens, liquitur sudore sanguineo. Demum tertio discipulos invisens, somno gravatos excitat propinquantem cum proditore Judaeorum cohortem ipsis commonstrans. Post Judae osculum et salutationem, pacta cum Judaeis proditionis indicia, a Christo interrogati, quem quaererent? respondentesq; Jesum, ut ille dixit: Ego sum, abierunt retrorsum ruentes in terram: facta tamen eis a Domino surgendi facultate correptum ligant, quod Petrus atrociter ferens, educto gladio Malcho Pontificis servo auriculam amputavit, quam Christus vulnerato statim benigne restituit, discipulo acri-

ter increpato, Judaeisq; exprobratis de nocturna violentia, quum interdiu in templo vel Sinagoga docentem capere facile potuissent. Interea discipulis hac illac dispersis, vinctum Judaei Christum Hierosolymam deducunt, Petro et Joanne sequentibus, isto quidem cominus, illo vero eminus. Caiphas autem coacto iterum Concilio post varias interrogationes habitas, falsosque testes in Christum admissos, illum morti cuncto adjudicat suffragante Concilio; Petro interea ter foris in atrio Caiphae Dominum abnegante, qui mox gallicinio, et Magistri obtutu resipiscens egreditur foras peccatum suum defleturus amare. Christus vero tota illa nocte illuditur a Judaeis velantibus faciem ejus, atque caedentibus.

Aen.8.v.26.	Nox erat, et terras animalia fessa per omnes	*ibid.*
Aen.9.v.225.	Laxabant curas, et corda oblita laborum.	*ibid.*
Aen.2.v.349.	At Christum audentem extrema, per ardua dulcis	*Geor.3.v.291*
seq.	Raptat amor, juvat ire jugis felicis olivae:	*Aen.6.v.230.*
Geor.1.v.346.	Omnis quem chorus et socii comitantur euntem,	*Aen.12.v.903.*
Aen.1.v.588.	Unus abest coena in media qui flammea torquens	*Aen.7.v.448.*
Aen.2.v.406.	Lumina, non secus ac coluber mala gramina pastus *	*ibid. v.471.*
Aen.11.v.462.	Corripuit sese **, et tectis citus extulit altis.	*ibid.*
Aen.8.v.585.	Jamq; adeo exierant portis campumq; tenebant	*Aen.11.v.903.*
Aen.9.v.568.	Ardentes, varioque viam sermone levabant.	*Aen.8.v.309.*
Aen.2.v.713.	Est urbe egressis penitus convalle virenti	*Aen.6.v.679.*

ADNOTATIONES.

* (*mala gramina pastus*) Haec comparatio non ita ad Judam referenda, quasi ipse malo cibo usus fuerit, non enim malum cibum vel paschalem agnum, vel eucharistiam sumens, sed bonum male malus accepit, ut loquitur Augustinus Tract. 26. in Jo.; sed vel sic, ut το *mala* noxia significet, non quidem in se, sed ex prava sumentis dispositione; vel aptius ita, ut non omnino ad Judam et omni ex parte referatur comparatio, sed quod ad torsionem oculorum tantum factam a Juda in morem serpentis venenatis herbis pasti.

** (*Corripuit sese etc.*) *Accepta buccella exivit continuo.* Jo. 13. v. 30.

Aen.6.v.704.	Seclusum nemus et virgulta sonantia sylvis	*ibid.*
Aen.7.v.178.	Antiqua e cedro, et fugiens per gramina rivus,	*Geor.4.v.19.*
Geor.1.v.231.	Idcirco Hebraei dixerunt nomine Cedron :	*Aen.6.v.242.*
Aen.6.v.415.	Trans fluvium almus ager, zephyriq; tepentibus auris	*Geor.2.v.330.*
Geor.2.v.331.	Laxant arva sinus, et quum ruit imbriferum ver	*Geor.1.v.313.*
Geor.4.v.109.	Invitant croceis halantes floribus horti :	*ibid.*
Geor.2.v.53.	Necnon et steriles qua se subducere colles	*Ecl.9.v.7.*
seq.	Incipiunt, mollique jugum demittere clivo	*ibid.*
seq.	Usque ad aquam, gaudent sylvâ vivacis olivae.	*Geor.2.v.181.*
Aen.3.v.219.	Huc ubi delati, delectos ordine ab omni	*Aen.7.v.152.*
Aen.1.v.308.	Accipit, et moesto dejectus lumina vultu,	*Aen.6.v.156.*
Aen.10.v.105.	(Quandoquidem * nunc sollicitum timor anxius urget	*Aen.9.v.89.*
Geor.3.v.518.	Moerentem Dominum et pallentem morte futurâ)	*Aen.8.v.709.*
Geor.1.v.313.	Quae vigilanda viris, ne cui succumbere culpae,	*Aen.4.v.19.*
Geor.4.v.537.	Et modus orandi qui sit prius ordine dicit.	*ibid.*
Aen.6.v.313.	Stabant orantes primum et praecepta facessunt.	*Aen.9.v.45.*
Aen.8.v.522.	Multaque dura suo tristi cum corde putabant.	*ibid.*
Aen.2.v.203.	Ecce autem ramum ** lethaeo rore madentem,	*Aen.5.v.854.*
Aen.5.v.855.	Vique soporatum stygia super utraque quassat	*ibid.*
seq.	Tempora, tum fuscis illos complectitur alis	*Aen.8.v.369.*
Aen.12.v.310.	Somnus, in obscuram clauduntur lumina noctem.	*ibid.*
Aen.11.v.608.	Jamque intra jactum teli progressus in altum	*Geor.4.v.528.*
Aen.11.v.87.	Sternitur ***, et toto projectus corpore Christus	*ibid.*
Aen.12.v.220.	Suppliciter venerans palmas cum voce tetendit.	*Aen.2.v.688.*
Aen.10.v.100.	O Pater Omnipotens, rerum cui summa potestas,	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Quandoquidem etc.*) juxta Evangelicam historiam in hortum Christus ingressus: *coepit pavere, taedere, et moestus esse.*

** (*Ecce autem ramum etc.*) Quum somnus pigritiam, omnemque vitiorum omnium caussas foveat, non incongrue e tenebrarum veluti regione procedens describitur attentis nondum Paganorum fabulis, sed somni ipsius effectibus.

*** (*Sternitur etc.*) secundum Matth. Christus progressus pusillum a tribus discipulis, *procidit in faciem suam orans et dicens: Pater mi etc.* Cap. 26.

Aen.1.v.530.	Parce pio generi, et propius res adspice nostras,	*ibid.*
Aen.6.v.365.	Eripe me his invicte malis, miserere laborum	*Aen 2.v.143.*
Aen.2.v.144.	Tantorum, miserere animi non digna ferentis:	*ibid.*
Aen.4.v.319.	Oro, si quis adhuc precibus locus, Optime Regum,	*Aen.11.v.353.*
Aen.1.v.285.	Consilia in melius tua, qui potes, orsa reflectas.	*Aen.10.v.632.*
Aen.10.v.31.	Sin sine pace tua, atque invito Numine posco,	*Aen.6.v.66.*
Aen.2.v.660.	Et sedet hoc animo, in me jam mora non erit ulla: *	*Ecl.3.v.52.*
Geor.4.v.326.	En etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem	*ibid.*
Aen.3.v.314.	Subjicio, pulchramque petam per vulnera mortem.	*Geor.4.v.218.*
Geor.2.v.429.	Nec minus interea sociis timet omnia secum,	*Aen.11.v.550.*
Aen.1.v.366.	Et metus acer erat (quis enim modus adsit amori?)	*Ecl.2.v.68.*
Aen.10.v.517.	Tunc adiit: placidum carpebant fessa soporem	*Aen.4.v.522.*
seq.	Corpora per terram gelidique sub aetheris axe:	*Aen.8.v.28.*
Aen.6.v.387.	Sic prior adgreditur dictis, atq; increpat ultro.	*ibid.*
Aen.11.v.152	Non haec Petre tuo dederas promissa Magistro:	*Ecl.3.v.101.*
Aen.10.v.229.	Ah vigila: potes hoc sub casu ducere somnos?	*Aen.4.v.560.*
Aen.5.v.174.	Oblitus decorisque tui, sociûmque salutis?	*ibid.*
Aen.3.v.389.	Sollicito aut quonam nostri tibi cura recessit?	*Aen.2.v.595.*
Aen.2.v.274.	Qualis eras Simon! quantum mutatus ab illo!	*ibid.*
Aen.6.v.633.	Dixerat, et notâ fertur regione viarum;	*Aen.2.v.737.*
Aen.4.v.36.	Atque ** iterum ad tua Magne Pater consulta revertens	*Aen.11.v.410.*
Aen.2.v.770	Nequicquam ingeminans iterumq; iterumq; vocavit.	*ibid.*
Aen.6.v.557.	Hinc exaudiri gemitus *** ac verba precantis	*Aen.7.v.237.*

ADNOTATIONES.

* (*in me mora non erit ulla*) Non absimile habet David Psal. 39. de submississima Christi obedientia supremae Patris sui voluntati his verbis: *Tunc dixi: ecce venio.*

** (*Atque iterum etc.*) Ter Christus rogavit Patrem de translatione calicis acerbissimae Passionis, neq; in hoc exauditus unquam fuit. Matth. 26.

*** (*Hinc exaudiri gemitus etc.*) juxta illud Apostoli ad Hebr. 5. *Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia;* subdidit nempe Christus priori de translatione calicis alteram petitionem reverentissimam: *non sicut Ego volo, sed sicut Tu*: Matth. loc. cit., et in hac fuit exauditus, unde et Angelus adparuit a Patre missus ad ipsum confortandum.

Aen.5.v.149.	Consonat omne nemus, colles clamore resultant.	*ibid. v.130.*
Aen.2.v.203.	Ecce autem summo de vertice visus Olympi	*ibid. v.682.*
Aen.11.v.447.	Nuncius haec perfert celeres mandata per auras	*Aen.4. v.270.*
Aen.11.v.241.	Ordine cuncta suo, et dictis solatur amicis:	*Aen.5. v.770.*
Aen.8.v.301.	Salve vera Dei proles, Sanctum mihi Numen,	*ibid. v.382.*
Aen.6.v.463.	Imperii superi et divorum maxime Rector,	*Aen.8. v.572.*
Geor.1.v.328.	Ipse Pater Tibi me claro demittit Olympo:	*Aen.4. v.268.*
Aen.6. v.376.	Desine fata Dei flecti sperare precando,	*ibid.*
seq.	Sed cape dicta memor duri solatia casûs,	*ibid.*
Aen.1.v.27.	Quid metuens tantos volvis sub pectore fluctus?	*Aen.12. v.831.*
Aen.8. v.364.	Aude atque adversum fidens fer pectus in hostem,	*Aen.11. v.370.*
Aen.7. v.426.	Tartareas i sterne acies, tege pace propinquos. *	*Aen.3. v 502.*
Ecl.4. v.50.	Adspice convexo nutantem pondere mundum	*ibid.*
Geor.1. v.200.	In pejus ruere: en ingens Acheronte vorago	*Aen.7. v.569.*
Aen.7. v.570.	Pestiferas aperit fauces, manditq; trahitque.	*Aen.9. v.340.*
Aen.6. v.307.	Magnanimûm heroum ** quondam, dum vita manebat,	*Aen.5. v.724.*
Aen.6. v.720.	Sublimes animae, supera ut convexa revisant,	*ibid. v.750.*
Aen.12. v.217.	Jamdudum duplices tendunt ad sidera palmas,	*Aen.1. v.97.*
Aen.10. v.6.	Coelicolae generis lapsi *** sarcire ruinas	*Geor.4. v.249.*
Aen.3. v.93.	Submissi petimus: pacem Te poscimus omnes, ****	*Aen.11. v.362.*
Aen.7. v.536.	Tu paci medium Te offer justissimus unus.	*ibid.*

Annotationes.

* (*tege pace propinquos*) idest homines, qui divinae incarnationis virtute propinqui Christi facti erant: at non dum a peccatis divino ejus sanguine expiati, Dei adhuc manebant inimici, quo circa eos Angelus per Mediatorem ipsum Jesum pacificari postulat.

** (*Magnanimum heroum etc.*) idest sanctorum Patriarcharum redemtionem suspirantium in Limbo, supernamque gloriam cum Christo.

*** (*generis lapsi etc.*) Ex coetu Angelorum innumeri, cum Lucifero defecerant, pulsique coelo rudentibus inferni fuerant mancipati. Horum ruinam, quae non incongrue generis dicitur, quod ex cunctis ceciderint ordinibus juxta SS. Patrum doctrinam, substitutione salvandorum hominum quantocius sarciri universi coetus Angelici nomine expostulat coelestis nuncius.

**** (*pacem te poscimus omnes*) Vere enim per Mediatorem Christum omnia erant pacanda secundum sublimem Apostoli doctrinam ad Coloss. 1. *Pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in coelis sunt.* Consulatur D. Thom. in cit. Apost. loc.

Aen.10.v.849. Morte Tua miserere (potes namq; omnia) nec Te *Aen.6.v.117.*
Aen.11.v.21. Impediat, * segnemve metu sententia tardet. *ibid.*
Ecl.4.v.52. Adspice venturo laetentur ut omnia saeclo ! *ibid.*
Aen.10.v.30. Et tua se quantis attollat gloria rebus ! *Aen.4.v.49.*
Aen.2.v.718. Te bello e tanto digressum et caede Draconis *Aen.4.v.484.*
Aen.6.v.706. Innumerae gentes populique in vota vocabunt *Aen.5.v.234.*
Aen.7.v.224. Europae atque Asiae : Tibi serviet ultima Thule , *Geor.1.v.30.*
Aen.8.v.728. Indomitiq; Dahae , et distincti vestibus Afri ; *ibid.v.724.*
Aen.6.v.653. Christiadaeque tui Capitolia celsa tenebant. *ibid.*
Aen.1.v.296. Hic Tibi tercentum solido de marmore templa , *Aen.6.v.69.*
Aen.12.v.840. Nec gens ulla ** tuos aeque celebrabit honores , *ibid.*
Aen.1.v.611. In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae *ibid.*
seq. Lustrabunt convexa , polus dum , sidera pascet , *ibid.*
seq. Semper honos Nomenque Tuum laudesq; manebunt. *ibid.*
Aen.5.v.738. Jamq; vale : torquet medios nox humida cursus : *ibid.*
Aen.9.v.14. Dixit , et in coelum paribus se sustulit alis. *ibid.*
Aen.8.v.582. His dictis curae emotae , pulsusque parumper *ibid.*
seq. Corde dolor tristi , at rursus pugna aspera surgit: *** *Aen.9.v.667.*
Geor.1.v.506. Tam multae scelerum facies immania monstra *Aen.3.v.583.*
Aen.4.v.210. Terrificant animum et turbatam funere mentem *Aen.11.v.3.*
Aen.6.v.608. Hic quibus invisi fratres , quae maxima turba est , *ibid.v.611.*
Aen.6.v.609. Pulsatusve parens , vel fraus innexa clienti , *ibid.*
Aen.6.v.623. Qui thalamum invasit natae , vetitosq; hymenaeos , *ibid.*
Aen.6.v.442. Et quos durus amor crudeli tabe peredit , *ibid.*
Aen.6.v.569. Distulit in seram qui admissa piacula mortem , *ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Impediat*) Non mirum si Angelus Christum adhortans inducitur, qui ad hoc missus fuerat, ut confortaret.

** (*Nec gens ulla etc.*) Romanorum religio et fides teste Apostolo praedicabatur in universo mundo ad Rom. 1., neque videtur defectura, manente ad finem usquae saeculi Petri cathedra, cui Romana adhaeret Ecclesia.

*** (*at rursus pugna aspera surgit*) Post Angeli discessum, statim major succedit turbatio ob vividissimam innumerabilium totius Orbis omniumq; temporum peccatorum apprehensionem, quae timorem vicinae mortis de proximo subsequuta cum ingratorum tanto beneficio animorum praevisione, ulterius animae Christi certamen reddidit atrocissimam.

Aen.6.v.621. Vendidit et qui auro dominum, seq; obtulit ultro *Aen.8.v.611.*
Ecl.1.v.71. Impius et scelere ante alios immanior omnes. *Aen.1.v.351.*
Aen.6.v.625. Non mihi si linguae centum sint, oraque centum, *ibid.*
seq. Ferrea vox, omnes scelerum compraendere formas, *ibid.*
seq. Omnia culparum percurrere nomina possem *ibid.*
Aen.2.v.773. Visa sibi ante oculos torvis volitare figuris. *Aen.10.v.641.*
Geor.2.v.367. Inde ubi jam mediis fervoribus acrior instat *Geor.3.v.154.*
Geor.1.v.506. Tam multas scelerum facies, tot volvere culpas, *Aen.1.v.13.*
Aen.12.v.332. Sanguineus toto manabat corpore sudor *Aen.3.v.175.*
Aen.5.v.330. Fusus humi, viridesque super madefecerat herbas, *ibid.*
Aen.12.v.905. Genua labant, gelidos quatit aeger anhelitus artus, *Aen.5.v.432.*
Aen.5.v.333. Concidit et spissâ jacuit revolutus arena. *Aen.5.v.336.*
Aen.5.v.453. At non tardatus casu neque territus Heros, *ibid.*
Aen.12.v.669. Ut primum fessae rediere in pristina vires, *ibid.v.424.*
Aen.3.v.34. Multa movens animo graditur, sociosq; revisit. *Aen.6.v.899.*
Aen.12.v.710. Ast illi toto proflabant pectore somnum. *Aen.9.v.326.*
Aen.4.v.573. Praecipites vigilate viri (simul excitat illos) *Aen.9.v.221.*
Aen.9.v.221. Acceleremus, ait, nam vis inimica propinquat. *Aen.12.v.150.*
Aen.2.v.254. Et jam Hebraea phalanx Solymis se lacta ferebat *Aen.1.v.507.*
Aen.8.v.462. Procedens tacitae per amica silentia lunae: *Aen.2.v.255.*
Aen.12.v.457. Agmen agit Judas * notâ regione viarum *Aen.2.v.737.*
Aen.6.v.529. Hortator scelerum, mensaeq; adsuetus herili, *Aen.7.v.490.*
Aen.12.v.129. Usque dato signo possent retinere Magistrum *Aen.5.v.669.*
Aen.2.v.152. Dixerat ille dolis instructus et arte malignâ, *Aen.6.v.270.*
Aen.1.v.262. O socii ne noster honos infractave cedat *Aen.7.v.332.*
Aen.10.v.40. Sors rerum, quae dicam animis advertite vestris. *Aen.2.v.712.*
Geor.2.v.394. Carminibus patriis ** (experto credite) quantum *Aen.11.v.285.*
Ecl.8.v.50. Improbus ille suae possit non immemor artis! *Geor.4.v.440.*

ADNOTATIONES.

* (*Agmen egit Judas*) Actorum Apost. c.1. v.16. Judas expresse dicitur ab Apostolo Petro: *Dux eorum, qui comprehenderunt Jesum.*

** (*Carminibus patriis etc.*) Judaeos ad vigilantiam, et cautionem adhortatur, versute arguens ex eo, quod aliunde ipsis persuasum erat, praestigiis nempe Christum, et incantationibus valuisse plurimum.

Aen.4.v.277.	Mortales medio * visus sermone relinquit	*ibid.*
Geor.4.v.500.	Commixtus tenues subito ceu fumus in auras,	*ibid.v.499.*
Aen.1.v.340.	Vel qualis nervo per nubem impulsa sagitta.	*Aen.12.v.856.*
Aen.10.v.104.	Accipite ergo animis; nunc est nunc viribus usus	*Aen.8.v.441.*
seq.	Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra,	*ibid.*
Aen.6.v.555.	Vis ut nulla virum fatis contraria nostris	*Aen.7.v.293.*
Aen.2.v.134.	Eripiat letho: unanimes densate catervas:	*Aen.12.v.264.*
Ecl.8.v.58.	Dux ego vester ero: pax bello tessera, ** signum.	*Aen.7.v.637.*
Aen.5.v.793.	Proh scelus! ecquid non mortalia pectora cogis	*Aen.3.v.56.*
seq.	Auri sacra fames crimenque caputq; malorum?	*Aen.12.v.600.*
Aen.7.v.472.	Certatim se Judaei exhortantur in arma:	*ibid.*
Aen.2.v.332.	Obsedere alii telis angusta viarum	*ibid.*
Aen.9.v.380.	Hinc atque hinc, omnemq; aditum custode coronant.	*ibid.*
Aen.6.v.384.	Pars iter inceptum peragunt: lucet via longo	*Aen.11.v.143.*
seq.	Ordine flammarum, et late aera micantia cernas.	*Aen.2.v.734.*
Aen.11.v.621.	Jamq; propinquabant, Judas praecesserat agmen; ***	*Aen.9.v.47.*
Aen.2.v.204.	(Horresco referens) dextrâq; amplexus Jesum, ****	*Aen.8.v.124.*
Aen.1.v.260.	Oscula libavit, fuditque has ore loquelas:	*Aen.5.v.842.*
Aen.5.v.80.	Salve sancte Parens: armorumq; ingruit horror,	*Aen.2.v.301.*
Aen.2.v.485.	Armatosq; vident dextrâ laevâque frequentes.	*Aen.6.v.483.*
Aen.12.v.18.	Olli sedato respondit corde Magister.	*Aen.5.v.391.*
Aen.6.v.389.	Fare age quid venias? quae te fortuna fatigat?	*ibid.v.533.*
Aen.2.v.151.	Quidve petis? quae relligio loca milite complet?	*ibid.v.495.*
Aen.10.v.672.	Quid manus ista virûm? pacemne huc fertis an arma?	*Aen.8.v.114.*
Aen.12.v.143.	Scis ut te cunctis, Juda, mortalibus aegris	*Geor.1.v.237.*

ADNOTATIONES.

* (*Mortales medio etc.*) Adducit factum verum ad probandam falsam assumtionem. Christus enim licet revera se invisibilem reddiderit Judaeis, eum comprachendere quaerentibus, non magica tamen arte, sed divina id praestitit virtute. Consulatur August. in Jo. cap. 8.

** (*pax bello tessera, signum*) osculum nempe pacis et amicitiae signum fuit condicta a Juda cum satellitibus Christi capiendi tessera.

*** (*Judas praecesserat agmen*) Luc. 22. *Judas antecedebat eos.*

**** (*dextrâq; amplexus Jesum*) Nemo Iscariote magis simulator et hypocrita perficta facie, blando gestu, amicisque verbis proditionem adimplevit, et Deicidium.

Aen.12.v.145.	Praetulerim, * coeliq; libens in parte locarim; **	ibid.
Aen.10.v.902.	Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera quondam	Aen.4.v.507.
Geor.3.v.112.	Tantus amor: potui tantum sperare dolorem?	Aen.4.v.419.
Aen.6.v.677.	Dixit: et antetulit gressum: Quem quaeritis adsum;	Aen.1.v.599.
Aen.1.v.85.	Haec ubi dicta, metu versi, retroq; ruentes	Aen.10.v.573.
Aen.5.v.198.	Procumbunt: vastis tremit ictibus excita tellus,	Aen.7.v.722.
Aen.10.v.102.	Et tremefacta solo sonitum super arma dedere.	ibid.v.488.
Geor.1.v.281.	Ter sunt conati cubitis innixa levare	Aen.4.v.690.
Aen.11.v.102.	Corpora nequicquam, ter fessi valle residunt;	Aen.8.v.232.
Aen.2.v.741.	Nec prius amissae rediere in pristina vires,	Aen.12.v.424.
Aen.10.v.320.	Nec juvere manus, quam sit permissa potestas.	Aen.9.v.97.
Aen.2.v.265.	Invadunt tamen immemores *** caecique furore,	ibid.v.244.
Aen.7.v.393.	Idem omnes simul ardor agit, rapiuntq; ruuntq;	Aen.4.v.581.
Aen.8.v.243.	Non secus ac rapidus montano flumine torrens.	Aen.2.v.305.
Aen.2.v.479.	Ipse inter primos **** praestanti corpore Malchus	Aen.1.v.75.
Aen.2.v.470.	Exultat telis et luce coruscus ahena	ibid.
Aen.12.v.339.	Hostibus insultans, certatq; illudere capto:	Aen.2.v.64.
Aen.8.v.256.	Non tulit hoc animis Cephas; seq; ipse per agmen	Aen.10.v.440.
Aen.8.v.257.	Praecipiti jecit saltu: haud moriemur inulti	Aen.2.v.670.
Aen.2.v.709.	Quo res cumque cadent: unum et comune periclum,	ibid.

ADNOTATIONES.

* (*Praetulerim.*) Vocatus siquidem ad Apostolatum in electiorem gregis Christi portionem fuerat adscitus.

** (*coeliq; libens in parte locarim*) Non hic de coelo proprie fit sermo, sed de militante Ecclesia, quae regnum coelorum passim adpellatur in Evangelio, unde D. Greg. Papa regulam praescripsit Homil. 12. in Evang. *Saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis Ecclesia dicitur;* vel si de coelo proprie mavis intelligere, accipe non de electione ad gloriam: sed de simplici vocatione ad ipsam comparandam, juxta illud Evangelicum: *multi sunt vocati, pauci vero electi;* quod fortassis in idem redit.

*** (*Invadunt tamen immemores*) Ac si nihil illis accidisset, trinaeque prostrationis fuissent obliti, tanto ferebantur furoris impetu.

**** (*Ipse inter primos etc.*) Malchus dicitur in Evangelio Joannis: *Unus adsistens ministrorum pontificiorum;* mos est autem divinorum Scriptorum, praesertim Joannis, uti vocabulo *unus* pro primo denotando, ut observant cum Cyrillo Augustinus, et Albertus Magnus. Ita primam post Sabathum diem *unam Sabathi* adpellat Joannes Evang. cap. 20., Lazarum *unum ex discumbentibus,* idest primum, cap. 12. v. 2. etc.; unde hic unus ministrorum idem sonat, ac primus minister.

seq.	Una salus, dixit: vaginàque eripit ensem,	*Aen.4.v.579.*
Aen.4.v.265.	Continuo et Malchi summam libravit in aurem	*Aen.9.v.417.*
Aen.2.v.575.	Exarsere ignes animo, subit ira cadentem	*ibid.*
seq.	Ulcisci Dominum, et sceleratas sumere poenas.	*ibid.*
Aen.9.v.551.	Ut fera, quae densâ venantum septa coronâ	*ibid.*
seq.	Contra tela furit, seseq; haud nescia mortis	*ibid.*
seq.	Injicit et saltu supra venabula fertur,	*ibid.*
seq.	Haud aliter Senior medios moriturus in hostes,	*ibid.*
Aen.10.v.228.	Quem Christus sic alloquitur sic increpat ultro:	*Aen.6.v.387.*
Aen.10.v.9.	Quae contra vetitum discordia suscitat arma?	*Aen.2.v.618.*
Aen.2.v.521.	Non tali auxilio nec defensoribus istis	*ibid.*
seq.	Tempus eget: Pater huc primis me misit ab annis;	*ibid.v.87.*
Aen.5.v.726.	Imperio Patris huc venio moriturus et Ipse.	*Aen.11.v.741.*
Aen.4.v.15.	Si mihi non animo fixum immotumq; sederet	*ibid.*
Ecl.10.v.53.	Malle pati et vosmet rebus servare secundis	*Aen.1.v.211.*
Aen.5.v.806.	Millia multa * daret Genitor, quae plurima coelo	*Aen.8.v.427.*
Aen.4.v.291.	Ipsius imperio parent, nec scilicet hostes	*Aen.11.v.587.*
Aen.1.v.138.	Miscere et tantas auderent tollere turbas;	*ibid.v.195.*
Aen.1.v.139.	Quos Ego: sed praestat medicari cuspidis ictum.	*Aen.7.v.756.*
Aen.1.v.146.	Sic ait, et dicto citius de corpore fugit	*Aen.12.v.421.*
seq.	Quippe dolor omnis; stetit imo vulnere sanguis;	*ibid.*
seq.	Jamque sequuta manum capiti mox auris adhaesit.	*Geor.3.v.443.*
Aen.5.v.453.	At non tardatus casu, aut devinctus amore	*Aen.8.v.394.*
Aen.12.v.398.	Stabat acerba fremens ingentem Malchus in hastam.	*ibid.*
Aen.11.v.728.	Et stimulis socios haud mollibus incitat: ipsi	*Aen.12.v.125.*
Aen.10.v.419.	Injecere manus in Christum, et vincula collo	*Aen.2.v.236.*
seq.	Intendunt, teneras arcebant vincula palmas.	*ibid.v.406.*
Aen.7.v.490.	Ille manum patiens, dulciq; affatus amore;	*Aen.6.v.455.*

Adnotationes.

* (*Millia multa etc.*) Justa illud ipsius Christi effatum Matth. 26. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?*

Aen.5. v.670.	Quis furor iste novus ? quo vincula nectitis inquit ?	*Ecl.6. v.23.*
Aen.7. v.524.	Stipitibus duris * agitur, sudibusque praeustis,	*ibid.*
Aen.7. v.526.	Horrescit strictis seges ensibus, aeraque fulgent.	*ibid.*
Aen.7. v.428.	Ipse palam fari medià testudine templi	*Aen.1. v.503.*
Ecl.7. v.50.	Semper, et assiduà postes cingente coronâ :	*Aen.11. v.564.*
Ecl.5. v.1.	Cur non correptum manibus vinclisq; tenere	*Geor.4. v.405.*
Aen.1. v.205.	Accestis, medium quum me tunc plurima turba	*Aen.6. v.667.*
Aen.3. v.18.	Exciperent, omnes intentique ora tenerent ?	*Aen.2. v.1.*
Aen.8. v.376.	Non ullum auxilium, ** potis aut vis ulla tenere	*Aen.11. v.148.*
Aen.7. v.16.	Vincla recusantem, nec me vis ulla volentem	*Aen.12. v.203.*
seq.	Avertet : volvenda dies en attulit ultro.	*Aen.9. v.7.*
Aen.11. v.441.	Christus ego vobis animam hanc, Summoque Parenti	*ibid. v.440.*
Aen.11. v.442.	Devoveo haud Vatum venturique inscius aevi.	*Aen.8. v.627.*
Aen.9. v.219.	Illi autem : caussas nequicquam nectis inanes :	*ibid.*
Aen.12. v.891.	Verte omnes tete in facies, et contrahe quicquid	*ibid.*
seq.	Sive animis, sive arte vales, vel carmine ficto,	*Geor.2. v.45.*
Ecl.3. v.49.	Nunquam hodie effugies : nostras ne evadere demens	*Aen.9. v.560.*
seq.	Sperasti te posse manus ? dabis improbe poenas.	*Aen.4. v.386.*
Aen.1. v.85.	Haec ubi dicta, animis pariter certantibus omnes	*Aen.12. v.574.*
seq.	Dant cuneum, densâq; ad muros mole feruntur.	*ibid.*
Aen.11. v.272.	At socii diversa metu per littora passim	*Aen.5. v.676.*
seq.	Diffugiunt, sylvasq; et sicubi concava furtim	*ibid.*
seq.	Saxa petunt trepidi, pedibus timor addidit alas	*Aen.8. v.224.*
Aen.6. v.442.	Et quos jamdudum non ulla injecta movebant	*Aen.2. v.726.*
seq.	Tela neq; adverso glomeratae ex agmine turmae,	*Aen.11. v.503.*
Aen.2. v.728.	Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis	*ibid.*
Aen.9. v.21.	Palantes, pariterque sibi Dominoque timentes.	*Aen.2. v.729.*

Adnotationes.

* (*Stipitibus duris etc.*) Ita Christus apud Luc. cap. 22. v. 52. *Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus.*

** (*Non ullum auxilium etc.*) Juxta illud Jo. 7. *Nemo misit in eum manus, quia nondum venerat hora ejus*; quod exponens Augustinus Tract. 13. in Joan., divino more suo inquit: *tunc venit hora ejus, quum illam traxit potestas ejus.*

Aen.4.v.165.	Speluncam Petrus Comes et dilectus * eandem	*ibid.*
seq.	Deveniunt moesto dejecti lumina vultu,	*Aen.6.v.156.*
Geor.3.v.338.	Littoraque et scopulos lacrimosis vocibus implent.	*Aen.11.v.274.*
Aen.10.v.803.	Ac veluti quando fulvus Jovis ales in aethra	*Aen.12.v.247.*
Aen.12.v.250.	Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis,	*ibid.*
Aen.12.v.252.	Convertit clamore fugam tum caetera turba,	*Aen.7.v.614.*
Aen.12.v.249.	Agminis aligeri, et fluvio succedit opaco,	*Aen.7.v.36.*
Aen.10.v.190.	Populeasq; inter frondes miserabile carmen	*Geor.4.v.514.*
seq.	Integrat, et moestis late loca questibus implet.	*ibid.*
Aen.11.v.300.	Ut primum placati animi, compressus et omnis	*Aen.2.v.73.*
Aen.5.v.138.	Corda pavor pulsans, Dominum miseretq; pudetque	*Aen.9.v.787.*
Aen.7.v.291.	Deseruisse, ruunt celsis ut montibus amnes, **	*Aen.4.v.164.*
Aen.9.v.556.	Ast pedibus longe hic melior fretusque juventa	*Aen.5.v.430.*
Aen.6.v.476.	Prosequitur lacrymans Dominum per tela per hostes,	*Aen.2.v.358.*
Aen.5.v.320.	Proximus huic, longo sed proximus intervallo ***	*ibid.*
Aen.11.v.722.	Consequitur Petrus gravior tardante senecta.	*Aen.5.v.395.*
Aen.10.v.373.	Est via, qua molli divertitur orbita clivo	*Geor.3.v.293.*
Geor.3.v.276.	Saxa per et scopulos, et depressas convalles	*ibid.*
Aen.11.v.905.	Exsuperatq; jugum, sylvâque evadit opaca,	*ibid.*
Aen.9.v.321.	Hac iter est: glomerati hostes hinc cominus atq; hinc	*ibid.v.440.*
Aen.4.v.576.	Ecce iterum stimulant, hic torre armatus obusto,	*Aen.7.v.506.*
seq.	Stipitis hic gravidi nodis, hic verbere saevo.	*Geor.3.v.252.*
Aen.12.v.748.	Insequitur, trepidique pedem pede fervidus urget.	*ibid.*
Ecl.3.v.72.	Heu quoties saxis in procurrentibus haesit!	*Aen.5.v.204.*
Aen.3.v.581.	Et fessus quoties Dominus vestigia presso	*Aen.5.v.331.*

ADNOTATIONES.

* (*Comes dilectus*) Idest Joannes, qui non alio se nomine adpellat, quoties sui meminit in Evangelio, quam *discipuli, quem diligebat Jesus.*

** (*ruunt celsis ut montibus amnes*) Captum Dominum sequuturi derelictionis ejusdem, turpisque fugae poenitentes, quae fuerat communis omnium discipulorum infirmitas. Ambos sequutos fuisse Dominum ad Pontifices ductum docet Joannes ipse cap. 18. *Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus.* Seipsum de more suo sic indicat Joannes; liquet autem ex contextu non alium fuisse discipulum, de quo loquitur.

*** (*longo intervallo*) Luc. cap. 22. *Petrus vero sequebatur a longe.*

seq.	Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso	*ibid.*
Aen.5.v.329.	Labitur infelix: tum creber anhelitus artus,	*ibid.v.199.*
seq.	Aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis,	*ibid.*
Geor.1.v.132.	Et passim sparsi rorabant sanguine vepres.	*Aen.8.v.645.*
Geor.2.v.472.	At patiens operum nihil Ille aut tendere contra,	*Aen.9.v.377.*
Aen.10.v.712.	Nec cuiquam irasci, placidâ sic pace quiescit,	*Aen.1.v.253.*
Aen.7.v.587.	Ut pelagi rupes circumlatrantibus undis.	*ibid.v.588.*
Aen.8.v.95.	Sic longos superant flexus, urbique propinquant,	*ibid.v.101.*
Aen.11.v.192.	It coelo clamorque virûm, clangorque tubarum.	*ibid.*
Aen.7.v.641.	Pandite nunc Helicona sacrum, * cantusq; movete	*ibid.*
Aen.7.v.82.	Fatidici Vates, et Christo digna loquuti:	*Aen.6.v.662.*
Aen.9.v.79.	Dicite (prisca fide, facto) ** quae infanda per orbem	*Aen.11.v.257.*
seq.	Supplicia et scelerum poenas expenderit Ille,	*Geor.2.v.498.*
Aen.7.v.536.	Dum paci medium se offert, justissimus unus.	*ibid.*
Aen.7.v.392.	Fama volat, furiisque domos et moenia complet,	*Aen.11.v.140.*
Aen.2.v.63.	Undique visendi studio populusq; Patresque	*Aen.9.v.192.*
Geor.4.v.78.	Erumpunt portis: concurritur; undique clamor	*Aen.9.v.566.*
Aen.11.v.455.	Dissensu magnus vario se tollit ad auras;	*ibid.*
seq.	Haud secus atque alto in luco quum forte catervae	*ibid.*
seq.	Consedere avium, piscosove amne Caystri,	*Geor.1.v.388.*
Aen.11.v.458.	Dant sonitum rauci per stagna loquacia Cycni.	*ibid.*
Aen.2.v.39.	Scinditur incertum *** studia in contraria vulgus.	*ibid.*
Aen.2.v.31.	Pars stupet arreptum manibus vincl'sq; teneri,	*Geor.4.v.405.*
Aen.6.v.119.	Qui potuit manes imis excire sepulchris;	*Ecl.8.v.98.*

ADNOTATIONES.

* (*Helicona sacrum*) Idest montem sacrum Sion, ubi volumina Prophetarum in templo Domini adservabantur.

** (*prisca fides facto*) Idest futurum mysterium Passionis Christi jamdiu fuerat a Deo per Prophetas revelatum, fideique propositum, et a Prophetis ipsis eorumque discipulis creditum.

*** (*Scinditur incertum etc.*) Adluditur per hysteron proteron ad ea, quae habentur Joannis cap. 7. *Et murmur erat in turba de eo: quidam enim dicebant quia bonus est; alii autem non, sed seducit turbas*: eum sequentibus.

Aen.9.v.760.	Sed furor ardentes, caedisque insana cupido	*ibid.*
Aen.9.v.761.	Egit in adversum Scribas, primusque Manasses	*Aen.2.v.32.*
Aen.2.v.535.	Pro scelere exclamat scitanda oracula Patrum.	*ibid.v.114.*
Aen.2.v.494.	Fit via vi: Christumque manus post terga revinctum	*Aen.2.v.57.*
Aen.5.v.516.	Plaudentes magno ad Caipham clamore trahebant.	*Aen.2.v.58.*
Aen.10.v.1.	Panditur interea * domus Omnipotentis, et ipse	*Geor.4.v.391.*
Aen.11.v.234	Concilium magnum vocat alta in templa Sacerdos;	*Aen.6.v.41.*
Aen.10.v.538.	Infula cui sacrà redimibat tempora vittà,	*ibid.*
Aen.9.v.616.	Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae	*ibid.*
Aen.10.v.5.	Considunt tectis bipatentibus: incipit ille:	*ibid.v.195.*
Aen.11.v.340	Seditione potens ** scelerumque inventor Jesus,	*Aen.2.v.164.*
Aen.10.v.279	Quod votis optastis, adest, avertite pestem:	*Aen.3.v.620.*
Aen.11.v.335.	Consulite in medium, et fessis succurrite rebus:	*ibid.*
Aen.6.v.129.	Hoc opus aeternò Genitori instauret honorem.	*Aen.5.v.94.*
Aen.2.v.65.	Accipe nunc Procerum insidias, et crimine ab uno	*ibid.*
seq.	Disce omnes.	
seq.	Namque ut conspectu in medio vix aeger anhelans	*Aen.10.v.837.*
Aen.2.v.68.	Constitit, hortatur fari quo sanguine cretus?	*ibid.v.74.*
Aen.6.v.891.	Quid Judae doceat populos, urbemque magistram? ***	*Aen.12.v.427.*
Aen.6.v.389.	Fare age quid venias? comitum affluxisse novorum ****	*Aen.2.v.796.*
Aen.2.v.797.	Invenio admirans numerum, gaudere Magistri	*Geor.3.v.185.*
seq.	Laudibus et plausu: Tu nunc eris alter ab illo,	*Ecl.5.v.49.*

Adnotationes.

* (*Panditur interea etc.*) Quod in Templo, idest in exedris templi, quo Sacerdotes convenire solebant instante praesertim Paschali solemnitate, coactum fuerit alterum hoc Concilium, colligi videtur ex eo, quod Judas referens triginta argenteos Sacerdotibus, recusantibus istis, eos in templo projecerit. Mat. 27. v. 4. et seq.

** (*Seditione potens etc.*) De Christo quippe Sacerdotes Lucae cap. 23. *Commovet populum docens per universam Judaeam, incipiens a Galilaea usque huc*; ut Legis quoque desertorem atque effractorem Pharisaei et Scribae eum Sacerdotibus calumniati sunt Christum.

*** (*urbemque magistram*) Juxta illud Veteris Testamenti oraculum, *de Sion exibit Lex, et verbum Domini de Jerusalem.*

**** (*comitum novorum*) Scilicet discipulorum; Pontifex enim non de doctrina solum, sed de discipulis quoque interrogavit Jesum.

Geor.4.v.291.	Qui viridem Ægyptum * magnis terroribus implet ,	Aen.11.v.448.
Aen.6.v.800.	Et septemgemini turbat trepida ostia Nili ?	ibid.
Aen.4.v.273.	Quid super ipse tua moliris laude requiro :	Geor.2.v.227.
Aen.2.v.577.	Scilicet haec , et quae sit rebus caussa novandis ?	Aen.4.v.290.
Aen.10.v.714.	Ille autem impavidus placido sic pectore coepit.	Aen.1.v.525.
Aen.9.v.535.	Princeps , si primâ repetens ab origine pergam ,	Aen.1.v.376.
Aen.11.v.1.	Oceanum interea surgens aurora relinquet.	ibid.
Aen.11.v.315.	Expediam paucis , animos adhibete : Docebam **	ibid.
Ecl.7.v.67.	Saepius ; Hebraei dextra laevâque frequentes	Aen.6.v.486.
Aen.5.v.490.	Convenere , silent , arrectisque auribus adstant :	Aen.1.v.156.
Geor.3.v.4.	Omnia jam vulgata , virum volitantque per ora ;	ibid.v.9.
Aen.7.v.540.	Atque ea non dubiis poteris cognoscere signis ;	Geor.4.v.253.
Aen.3.v.461.	Haec sunt , quae nostrâ liceat te voce moneri ,	ibid.
Aen.9.v.656.	Caetera fors aliis post commemoranda relinquo.	Geor.4.v.148.
Aen.8.v.337.	Vix ea dicta, Deo servus crudeliter ora	Aen.6.v.495.
Aen.2.v.247.	Ora , quibus coelum tempestatesque serenat	Aen.1.v.259.
Aen.5.v.374.	Perculit , irarumque omnes effudit habenas ,	Aen.12.v.499.
Aen.6.v.387.	Et prior adgreditur dictis : responsa dedisse	Aen.2.v.376.
Aen.12.v.229.	Non pudet ista Sacerdoti, cui summa potestas ? ***	Aen.10.v.100.
Ecl.3.v.15.	Quid domini faciant , audent quum talia fures ? ****	ibid.
Aen.5.v.336.	Ille autem ora modis attollens dulcia miris ,	Aen.1.v.358.
Aen.12.v.65.	Flagrantesque genas , (subitum nam plurimus ignem	ibid.
Aen.12.v.67.	Subjecit rubor , et calefacta per ora cucurrit)	ibid.

Adnotationes.

* (*Qui viridem Aegiptum etc.*) Idest Moyses , qui terribilibus portentis Aegyptum coercuit, et Nili aquas turbavit , vertens in sanguinem. Exod. 7. v. 10. et seq.

** (*Docebam*) Jo. 18 v. 20. *Ego palam loquutus sum mundo, Ego semper docui in Sinagoga, et in templo . . . quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt etc.*

*** (*Sacerdoti cui summa potestas*) Idest Principi Sacerdotum , apud quem summa jurisdictio in rebus Religionis erat.

**** (*fures*) Scilicet servi , quo pariter sensu prostat apud Virgilium eo loci idest Ecloga 3. v. 15. ; frequenter quippe servi nedum bona dominorum diripiebant , sed et in ipsorum vitas more latronum moliebantur insidias , unde vetus Romanorum adagium : *quot servos domi habemus , tot hostes habemus.*

*

Aen.8. v.164.	Tum sic pauca refert. Quid me alta silentia cogis	*Aen.10.v.63.*
seq.	Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem?	*ibid.*
Aen.2.v.81.	Fando aliquid si forte nefas nostro excidit ore,	*ibid. v.658.*
Aen.6.v.343.	Dic age: persolvam grates et praemia reddam;	*Aen.2.v.537.*
Aen.4.v.317.	Si bene, quid quassas immani vulnere malas?	*Aen.9.v.751.*
Aen.6.v.489.	At Proceres ardent animis: furor iraque mentem	*Aen.2.v.316.*
seq.	Praecipitant, falso damnare hunc crimine morti.	*Aen.6.v.430.*
Aen.7.v.583.	Ilicet (infandum!) cuncti contra omnia jura	*Aen.2.v.157.*
Aen.4.v.57.	Exquirunt testes, quamquam nil testibus illis	*Ecl.8.v.19.*
Aen.2.v.196.	Credita res: namque ora sono discordia signant.	*ibid. v.423.*
Aen.2.v.128.	Vix tandem extremis spes est accensa duobus, *	*Aen.5.v.183.*
Aen.9.v.682.	Attollunt capita atque arrectis auribus adstant:	*Aen.1.v.156.*
Aen.6.v.426.	Continuo auditae voces: hunc vidimus ipsi	*Aen.10.v.26.*
Aen.4.v.362.	Talia dicentem jamdudum voce superba,	*Aen.7.v.544.*
Aen.12.v.655.	Dejecturum arces Templi excidioque daturum,	*ibid.*
Geor.3.v.190.	At tribus exactis spatiis propioribus aevi,	*Aen.9.v.275.*
Geor.1.v.281.	Ter quum sole novo terras irroret Eous,	*ibid. v.288.*
Aen.10.v.883.	Inde aliud dixit Templum de marmore ponam.	*Geor.3.v.13.*
Ecl.3.v.72.	O quoties, et quae sentis perjuria Gentis	*Aen.4.v.542.*
Aen.11.v.790.	Omnipotens! atq; haec oculis Pater adspicis aequis?	*Aen.4.v.372.*
Aen.12.v.6.	Tunc demum Caiphas ** solio se tollit ab alto	*Aen.8.v.541.*
Aen.9.v.794.	Asper acerba tuens, rupitque has pectore voces:	*Aen.3.v.246.*
Aen.9.v.45.	Objiciunt quae multa vides? discrimine tali	*ibid. v.210.*
Aen.9.v.741.	Incipe, si qua animo virtus, contendere contra:	*Aen.5.v.370.*
Aen.2.v.287.	Ille nihil; tanta compostus pace quiescit.	*Aen.1.v.253.*
Aen.12.v.494.	Tum vero adsurgunt irae, saevitque Sacerdos,	*Aen.6.v.544.*
Aen.10.v.270.	Ardet apex capiti ferrugine clarus et ostro:	*Aen.11.v.772.*

ADNOTATIONES.

* (*extremis duobus*) Ita Matth. cap. 26. v. 60. *Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt: hic dixit: possum destruere templum Dei, et post triduum reaedificare illud.*

** (*Tunc demum Caiphas etc.*) Referuntur actus Caiphae S. Pontificis post testes auditos secundum historiae ordinem. Matth. 26. v. 62. seq.

Ecl.8.v.86.	Per cujus jurare timent et fallere Numen	*Aen.6. v.324.*
Aen.10.v.376.	Mortales, mihi mox edissere vera roganti:	*Aen.2.v.149.*
Aen.1.v.621.	Tune inquit magnum coeli ventura sub axem	*Aen.6.v.790.*
Ecl.4. v.49.	Cara Dei suboles magnum Patris incrementum?	*ibid.*
Aen.11.v.55.	Haec tua magna fides? sic nos in sceptra reponis? *	*Aen.1. v.257.*
Aen.4.v.105.	Olli (sensit enim simulatâ mente loquutum)	*ibid.*
Aen.8.v.349.	Jam tum responsum paucis ita reddidit Heros:	*Aen.6.v.672.*
Aen.3.v.316.	Ne dubita: nam vera vides.	
Aen.1.v.1.	Ille ego: Qui quondam ** coeli de parte serena	*Aen.9.v.630.*
Aen.9.v.640.	Nube sedens, magnâ medius comitante catervâ	*Aen.5.v.76.*
Aen.12.v.649.	Descendam: aetherias acies Regemq; videbis.	*Aen.9.v.639.*
Aen.5.v.693.	Vix haec ediderat Superi Regnator Olympi,	*Aen.2.v.779.*
Geor.4.v.439.	Cum clamore ruit magno et discindit amictus	*Aen.12.v.602.*
Aen.5.v.833.	Princeps ante omnes, totoq; ardentis ab ore	*Aen.12.v.101.*
seq.	Scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis:	*ibid.*
Aen.7.v.292.	Tum quassans caput haec inimico pectore fatur:	*Aen.11.v.685.*
Aen.1.v.353.	Impius ante aras *** haec fundit pectore dicta;	*Aen.7.v.292.*
Aen.6.v.806.	Et dubitamus adhuc? Patribus vox omnibus una est.	*Aen.5.v.616.*
Aen.10.v.617.	Nunc pereat, **** scelerisq; suo det sanguine poenas.	*ibid.*
Aen.9.v.555.	Irruit ageribus ruptis ceu spumeus amnis	*Aen.2.v.496.*

ADNOTATIONES.

* (*sic nos in sceptra reponis?*) Putabant namque falso Judaei nedum rudiores et idiotae, sed Legis quoque ac Prophetarum periti, Messiam adventu suo sceptrum Judae, regnumque visibile restituturum, inde in errorem turpissimum lapsi, quod secundum Christi Judicis gloriosissimum adventum in Scripturis praedictum cum praenunciato quoque primo ipsiusmet adventu humili atque abjectissimo miserrime confuderint.

** (*quondam*) Hoc adverbium non de praeterito tantum poetice usurpatur, sed de futuro quoque tempore; ita saepe Virgilius; sufficiat ad exemplum locus lib. VI. Aen. v. 876.

. . . . . . *nec Romula quondam*
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

*** (*Impius ante aras*) Periphrasis est effati Summi Sacerdotis post Christi responsum; dicit autem *ante aras*, quia, ut paullo ante observatum est, *hoc* alterum Sacerdotum Scribarumque Concilium in Templo videtur fuisse habitum.

**** (*Nunc pereat*) Verba sunt Sacerdotum et Seniorum, qui judicium Pontificis confirmantes, ac sententiam ex compacto ferentes, responderunt omnes: *reus est mortis.*

Aen.12.v.607.	Turba furens, resonant late clamoribus aedes,	*ibid.*
Aen.11.v.86.	Pectora nunc foedat pugnis, nunc unguibus ora,	*ibid.*
Aen.1.v.714.	Flagrantesque Dei vultus obnubit amictu.	*Aen.11.v.77.*
Geor.2.v.375.	Illudunt, funemque manu contingere gaudent.	*Aen.2.v.239.*
Aen.9.v.1.	Atque ea diversâ penitus dum parte geruntur,	*ibid.*
Aen.11.v.514.	Per deserta jugi properat non passibus aequis	*Aen.2.v.724.*
Aen.2.v.360.	Urbis iter Senior fatis ingressus iniquis. *	*Aen.3.v.17.*
Aen.8.v.362.	Ut ventum ad sedes Caiphae templumq; vetustum,	*Aen.2.v.713.*
Aen.2.v.469.	Vestibulum ante ipsum primoq; in limine Petrus	*ibid.*
Ecl.5.v.70.	Ante focum in curas animo diducitur omnes:	*Aen.5.v.720.*
Aen.7.v.181.	Vestibulo adstabant alii, nomenque genusque	*Aen.10.v.149.*
Aen.1.v.427.	Instant ardentes scitari, et quaerere caussas,	*Aen.2.v.105.*
Aen.4.v.368.	Ecquid dissimulet caro comes ire Magistro?	*Aen.11.v.33.*
Aen.8.v.527.	Suspiciunt iterum atq; iterum, dux foemina facti:	*Aen.1.v.368.*
Aen.8.v.251.	Ille autem varia confusus imagine rerum,	*Aen.12.v.665.*
Aen.11.v.3.	(Praecipitant curae, turbataque funere mens est)	*ibid.*
Aen.6.v.474.	Respondet pavitans, et ficto pectore fatur:	*Aen.2.v.107.*
Aen.2.v.155.	Testor Numen, ait, terram, mare sidera juro,	*Aen.12.v.197.*
Aen.6.v.487.	Nec vidisse semel. Oh quae satis ima dehiscat	*Aen.12.v.883.*
seq.	Terra mihi, manesque Deus demittat ad imos:	*ibid.*
Aen.8.v.114.	Qui genus? unde domo? genus et nescimus, et urbem:	*Aen.7.v.195.*
Ecl.8.v.107.	Nescio quis certe est, et conscia sidera testor.	*Aen.9.v.429.*
Aen.10.v.885.	Ter circum adstantes Dominum formidine turpi	*Aen.2.v.400.*
Aen.2.v.654.	Abnegat, incoeptoque et testibus haeret in isdem.	*ibid.*
Aen.1.v.539.	Quum subito adsurgens saxo sacer ales ab alto	*Aen.11.v.721.*

ADNOTATIONES.

* (*fatis ingressus iniquis*) In urbe enim Petrum manebat tentatio, et in tentatione casus ipsi a Christo praedictus.

** (*Vestibulum ante ipsum etc.*) Describitur Petri casus secundum Evang.

*** (*Testor Numen ait etc.*) Petrus simplici negationi perjurium addidit et imprecationes, ut notat Marc. cap. 14. v. 71.

**** (*formidine turpi*) Non malitia actus impietatis, sed pressus timore periculi negavit Petrus; turpi tamen, ac valde indecore post tantam jactantiam: haec est communis Patrum sententia.

Ecl.6.v.71. Cantando rigidas effudit ad aethera voces; *Aen.8.v.70.*
Aen.12.v.939. Et Dominus volvens oculos respexit inertem: *Ecl.1.v.28.*
Aen.12.v.756. Tum vero discussae umbrae, et lux reddita menti est: *ibid.v.669.*
Aen.1.v.97. Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas, *ibid.*
Aen.11.v.825 Effugit, egressoque labant vestigia prima * *Aen.10.v.283.*
Aen.4.v.151. Postquam altos ventum ad montes, atq; invia lustra *ibid.*
Aen.12.v.611 Caniciem immundo perfusam pulvere turpans, *ibid.*
Aen.6.v.1. Sic fatur, lacrymas verba inter singula fundens. *Aen.3.v.348.*
Aen.5.v.465. Infelix! quae tanta animum dementia coepit? *ibid.*
Aen.10.v.846. Tantane me tenuit vivendi Christe voluptas *ibid.*
Aen.10.v.849. Morte Tua viventem? ** Oh quae satis ima dehiscat *Aen.12.v.883*
seq. Terra mihi! oh liceat crudelem abrumpere vitam! *Aen.8.v.579.*
Aen.9.v.495. Aut tu magne Pater infesto fulmine morti *Aen.5.v.691.*
seq. (Sic mereor) demitte, tuâq; hic obrue dextrâ, *ibid.*
Aen.5.v.798. Si concessa peto, nec turpi ignosce senectae. *Geor.3.v.96.*
Aen.12.v.159. Auctor ego audendi: quem non potuere phalanges *ibid.v.544.*
Aen.8.v.40. Nec belli terrere minis, nec sternere ferro, *Aen.7.v.692.*
Geor.4.v.491. Immemor (heu!) victusq; animi *** Te, sancte Deorum *Aen.4.v.576.*
Aen.2.v.791. Deserui, atque Tuum maculavi crimine Nomen *Aen.10.v.851.*
Aen.4.v.570. Foemina, quae nostris varium et mutabile semper, *ibid.v.569.*
Aen.3.v.332. Excipit incautum: Si tantum pectore robur *Aen.11.v.368.*
Aen.7.v.257. Praetulimus, cur indecores in limine primo **** *Aen.11.v.423.*
seq. Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus? *ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*egressoque labant vestigia prima*) Tum ex praesenti spiritus agitatione ac doloris acerbitate, tum ex praecedenti vigiliae, fugae, nocturnique itineris defatigatione.

** (*Morte tua viventem*) Quicumque vita spiritus vivit, morte Christi vivit, per quam Dei gratia nobis donata est, qua sola spiritu vivimus.

*** (*Immemor heu victusque animi*) Tanta fuit Petri perturbatio, ut toto non exiguo negationum plus quam horae unius tempore, omnis eum memoria praedictionum Christi defecerit, notante Evangelista, ipsum nonnisi ad ultimum gallicinium, et Domini obtutum, verborum ejus fuisse recordatum; sed animo nihilominus se gessit adeo vili atque imbecillo, ut unius Ancillulae voce Ecclesiae columen se dejici passus sit.

**** (*In limine primo*) idest in ipso atrii Pontificii introitu.

Aen.11.v.152. Non haec o Senior dederas promissa Magistro : *Ecl.5.v.101.*
Aen.1.v.623. Atq; equidem memini,* et nimium meminisse necesse est; *Aen.6.v.514.*
Aen.2.v.473. Quum positis novus exuviis nitidusq; decore *Aen.5.v.343.*
Aen.2.v.271. Visus adesse mihi ante alios pulcherrimus omnes *Aen.4.v.141.*
Aen.9.v.583. Insignis facie, qualis quum coerula nubes *Aen.8.v.622.*
seq. Solis inardescit radiis, longeque refulget ; *ibid.*
Aen.1.v.407. Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem *ibid.*
seq. Spiravere, pedes vestis defluxit ad imos, *ibid.*
Aen.12.v.84. Quae candore nives anteiret, lumine flammas : *Aen.6.v.300.*
Aen.6.v.592. At Pater omnipotens ter coelo clarus ab alto *Aen.7.v.141.*
seq. Intonuit, radiisque ardentem lucis et auro *ibid.*
seq. Ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem ; *ibid.*
Aen.10.v.636. Tum de nube cava vox reddita fertur ad auras, *Aen.3.v.40.*
Aen.7.v.97. Hic mea progenies, mea magna potentia solus : *Aen.1.v.668.*
Aen.3.v.103. Audite o Proceres Ipsum et spes discite vestras. *ibid.*
Aen.2.v.685. (Nos pavidi trepidare metu, calor ossa reliquit.) *Aen.9.v.475.*
Ecl.2.v.51. Ipse ego ipse Deum manifesto in lumine vidi, *Aen.4.v.358.*
Aen.12.v.834. Sermonem Patrium, vocemque his auribus hausi, *Aen.4.v.359.*
Aen.6.v.487. Nec vidisse semel terram, mare, sidera juro *Aen.12.v.197.*
Ecl.1.v.21. Stultus ego, tantumq; nefas nostro excidit ore? *Aen.2.v.658.*
Aen.4.v.39. Nec venit in mentem (eheu !) rerum oblite tuarum! *ibid.v.267.*
Aen.7.v.810. Quum mare per medium ** circumlatrantibus undis? *ibid.v.588.*
Aen.1.v.118. Ipsius ante oculos rapidus vorat aequore vortex ; *ibid.v.121.*
Aen.4.v.617. Auxilium implorans palmas cum voce tetendi ; *Aen.2.v.688.*
Aen.8.v.124. Accepitque manu, dextramque amplexus inhaesit ; *ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Atque equidem memini etc.*) Recolit Christi, et miraculorum ejus coram se patratorum memoriam ad culpam sibi magis exagerandam, beneficia quoque commemorans cum eximiis privilegiis a Domino sibi conlata, quo magis ad tanti criminis detestationem ac poenitentiam se excitet; incipit autem a stupendissimo Christi Transfigurationis portento, cui ipse interfuit.

** (*Quum mare per medium etc.*) Describit se in mari periclitantem, quum clamavit : *Domine salvum me fac; et continuo Jesus extendens manus apprehendit eum.* Matth.14.

Aen.7.v.27.	Tum venti posuere, omnisque repente resedit	*ibid.*
Ecl.4.v.54.	Spiritus, et dicto citius tumida aequora placat;	*Aen.1.v.146.*
Aen.6.v.487.	Nec vidisse semel terram, mare, sidera juro?	*Aen.12.v.197.*
Aen.11.v.55.	Haec mea magna fides? veteris haec gratia facti?	*Aen.4.v.539.*
Aen.9.v.245.	Venatu assiduo solitus contendere contra	*Aen.5.v.370.*
Aen.9.v.102.	Aequoris immensi prolem et genus omne natantum,	*Geor.3.v.541.*
Ecl.2.v.29.	Atq; humiles habitare casas haec littora circum,	*Aen.6.v.329.*
Aen.11.v.416.	Ille mihi ante alios * Rex aetheris altus honorem,	*Aen.12.v.140.*
Aen.1.v.283.	Imperium sine fine dedit, terramque polumq;	*Aen.2.v.251.*
Ecl.5.v.18.	Judicio nostro sub Relligione tueri,	*Aen.2.v.188.*
Aen.6.v.853.	Parcere subjectis, detrudere finibus hostes:	*Aen.7.v.469.*
Geor.3.v.525.	Quid labor, aut benefacta juvant frustrata Magistri?	*Aen.12.v.95.*
Aen.10.v.613.	Si mihi quae quondam fuerat, quamq; esse decebat	*ibid.*
seq.	Vis in amore foret (quis fallere possit amantem?)	*Aen.4.v.296.*
Aen.10.v.854.	Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem,	*ibid.*
Aen.4.v.27.	Ante fides, quam te violarem talibus ausis.	*Aen.12.v.351.*
Aen.2.v.738.	Heu miser ut perii! ut me malus abstulit error!	*Ecl.8.v.41.*
Aen.6.v.878.	Heu pietas, heu prisca fides, et conscia virtus!	*Aen.10.v.872.*
Aen.1.v.601.	O sole infandos hominum miserate ** labores,	*ibid.*
Aen.5.v.354.	Et Te lapsorum miseret, miserere tuorum,	*Aen.12.v.653.*
Aen.2.v.570.	Erranti Tu parce, genus qui ducis Olympo.	*Aen.6.v.834.*
Aen.4.v.336.	Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus	*ibid.*
Aen.5.v.237.	Constituam longas in fletum ducere voces	*Aen.4.v.463.*
Aen.2.v.92.	Afflictus vitam in tenebris luctuque trahendo,	*ibid.*
Aen.4.v.684.	Abluam et in seram *** commissa piacula mortem.	*Aen.6.v.569.*

Adnotationes.

* (*Ille mihi ante alios etc.*) Commemorat dignitatem ac praerogativam Primatus sibi super caeteros Apostolos totamque Ecclesiam conlati, potestatemque clavium, et supremi in Ecclesia judicii a Christo pariter acceptam.

** (*O sole miserate etc.*) Scilicet efficienter praebendo lapsae in omnem miseriam humanitati auxilium gratiae, quo a teterrimo peccati statu, omnium malorum fonte, posset evadere, quod nemo alius praeter Christum Dominum nec praestitit, nec praestare potuit.

*** (*Abluam et in seram etc.*) Tradunt antiqui rerum Ecclesiasticarum Scriptores, Petrum assidua adusque mortem lacrymarum effusione genas veluti exustas atque exaratas illarum fluore gestasse.

Aen.8.v.456.	Me matutini * volucrum sub culmina cantus,	*ibid.*
Aen.2.v.160.	Ut modo promissis maneam, servandaque servem	*ibid.*
Aen.6.v.127.	Noctes atque dies iterumque iterumque monebunt.	*Aen.3. v.436.*
Aen.6.v.1.	Sic fatur lacrymans, curisque ingentibus aeger	*Aen.1. v.212.*
Aen.6.v.11.	Antrum immane petit, nec tempore segnior illo	*Aen.8. v.414.*
Aen.6.v.274.	Luctus, nec dulci declinat lumina somno.	*Aen.4. v.185.*
Geor.4. v.559.	Haec super Illum absens absentem auditq; videtque,	*Aen.4. v.83.*
Aen.11.v.471.	Multaque se incusat casu perculsus iniquo.	*Aen.6. v.475.*
Aen.5.v.210.	At laeta Hebraeûm noctem custodia ducit	*Aen.9. v.166.*
seq.	Insomnem ludo, certantque illudere capto.	*Aen.2. v.64.*
Aen.2.v.361.	Quis cladem illius noctis, quis tristia facta	*ibid. v.242.*
Aen.2.v.362.	Explicet? aut possit lacrymis aequare dolores?	*Aen.5. v.5.*

ADNOTATIONES.

* (*Me matutini etc.*) Tradunt insuper veteres historici, ad primum gallicinium consuevisse Petrum de somno surgere, tempusque intermedium ad secundum usque gallicinium, quod totum negationis fuerat, amarissimis quotidie fletibus expiasse.

VIRGILII SACRI

DE

MORTE CHRISTI

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Diluculo Judaei Jesum Pilato Praesidi vinctum sistunt ultimo plectendum supplicio. Videns autem eventum proditor, poenitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, quibus pretium sanguinis recipere recusantibus, Judas venia proditionis desperata abiens laqueo se suspendit. Praeses interea Judaeorum accusationibus auditis, perspectâq; Christi innocentia, pro viribus Eum supplicio eripere contendit. Quare non modo Ipsum ad Herodem Galilaeae Regem dimittit ejusdem videndi, et adloquendi cupidissimum, sed et ab isto illusum remissumque multifariam Hebraeorum invidiae subducere satagit. Tum denique arrepta occasione antiquissimae Judaeorum consuetudinis dimittendi quempiam ex damnatis die festo Paschatis recurrente; quem vellent de duobus interrogat, Barabbam, an Jesum? eisque Barabbam respondentibus, isto dimisso, Jesum flagellis jubet caedi ad correptionem. Flagellati porro milites spineam capiti coronam imponunt, dexteraeq; ejus arundinem, purpureoque obsoletae clamydis amictu indutum, posito genu quasi Judaeorum Regem irrisorie salutant. Pilatus demum ita correptum populo ostentat, rogatque ne in proprium velint ulterius Regem incrudescere ne dum Christi Christi innocentia, sed et uxoris potissimum permotus visionibus ad se perlatis. Judaeis tamen respondentibus solum ipsis

Caesarem Regem esse, Pilatus Caesaris metuens gratiam amittere, adjudicat fieri petitionem eorum, lotisque manibus, se ab illius Justi sanguine innocentem pronuncians, Judaeis in crucem suffigendum tradit.

Aen. 11. *v.* 1.	Oceanum interea surgens aurora reliquit:	*ibid.*
Aen. 9. *v.* 462.	Malchus in arma viros armis circumdatus ipse	*ibid.*
seq.	Suscitat, et stimulis haud mollibus incitat iras.	*Aen.* 11. *v.* 728.
Aen. 7. *v.* 461.	Saevit amor ferri et scelerata insania caedis,	*Aen.* 3. *v.* 256.
Aen. 7. *v.* 462.	Ita super: raptis concurrunt undique telis;	*ibid. v.* 520.
Aen. 1. *v.* 742.	Tum Dominum falso damnatum crimine mortis	*Aen.* 6. *v.* 430.
Aen. 2. *v.* 217.	Corripiunt, spirisque ligant ingentibus, et jam	*ibid.*
Aen. 12. *v.* 213.	Conspectu e medio Procerum ad Praetoria densi	*Geor.* 4. *v.* 75.
Aen. 12. *v.* 169.	Procedunt; super hos mixto premit agmine turba.	*Aen.* 11. *v.* 880.
Aen. 6. *v.* 566.	Pontius haec Pilatus habet durissima regna	*ibid.*
Geor. 1. *v.* 416.	Ingenio, et patriis acer Romanus in armis,	*Geor.* 3. *v.* 346.
Aen. 6. *v.* 567.	Castigatque auditque dolos, subigitque fateri,	*ibid.*
Geor. 4. *v.* 5.	Et studia, et mores, vitasque, et crimina discit.	*Aen.* 6. *v.* 433.
Aen. 8. *v.* 362.	Ut ventum ad sedes, * Judas conterritus haesit	*Aen.* 3. *v.* 597.
Aen. 4. *v.* 363.	Huc illuc volvens oculos animumque labantem,	*ibid. v.* 22.
Aen. 1. *v.* 366.	(Et metus acer erat) tot Erynnis ** sibilat hydris,	*Aen.* 7. *v.* 447.

Annotationes.

*(*Ut ventum ad sedes etc.*) Nullum majus iniquorum tormentum delicti conscientia: haec Judam angebat, terrebatque adeo, ut proditionem detestatus, pecuniam Sacerdotibus retulerit. Sed quoniam hujusmodi detestatio simpliciter naturalis fuit ex proditionis turpitudine, nec eum spe divinae misericordiae, de qua prorsus desperaverat, conjuncta, ad immane scelus, ut oportebat, detestandum non pervenit; facti siquidem naturalis turpitudo, non divinae offensae gravitas Judam ad poenitendum movit, unde retulit quidem Sacerdotibus argentum, quod turpiter acceperat, sed veniam a Deo contrito poscere corde detrectavit. Nil ergo mirum, si Dei destitutus adjutorio, laqueo demum se suspendit.

** (*tot Frynnis etc.*) Diabolus donec ad peccandum pertrahat, peccati turpitudinem occultare, vel minuere versutissime satagit; post culpam vero eam praeter modum exagerat, ut in desperationis laqueum inducat.

Aen.4.v.610.	Et dirae ultrices figunt sub pectore toedas.	*Aen.7.v.457.*
Aen.4.v.474.	Ergo ubi concoepit furias, vestigia torsit,	*Aen.6.v.547.*
Aen.11.v.471.	Multaque se incusans templum clamore petebat	*Aen.1.v.523.*
Aen.3.v.58.	Delectos populi ad Proceres, Sanctumq; senatum,	*Aen.1.v.430.*
Aen.12.v.560.	Continuo caecumque domus scelus * omne retexit	*Aen.1.v.360.*
Aen.10.v.527.	Coelati argenti: vestra, inquit, munera vobis,	*Aen.5.v.348.*
Aen.4.v.611.	Accipite haec: liquidis immisi fontibus apros	*Ecl.2.v.59.*
Ecl.2.v.59.	Perditus! o Proceres in me convertite ferrum,	*Aen.9.v.427.*
Aen.5.v.692.	Sic mereor: mea fraus omnis, nihil iste nec ausus,	*Aen.9.v.428.*
seq.	Nec potuit: Sol, qui flammis opera omnia lustras,	*Aen.4.v.607.*
Aen.12.v.176.	Esto nunc sol testis, et haec mihi terra precanti:	*ibid.*
Ecl.1.v.32.	Namque (fatebor enim:) tum me malus abstulit error	*Ecl.8.v.41.*
Aen.2.v.127.	Prodere voce mea Dominum, quo justior alter	*Aen.1.v.548.*
seq.	Nec pietate fuit, nulli aut virtute secundus.	*Aen.11.v.441.*
Aen.7.v.373.	His ubi nequicquam dictis, ** fortissima corda	*Aen.5.v.729.*
Aen.7.v.374.	Contra stare videt, quin conscia numina veri	*Aen.2.v.141.*
Geor.2.v.187.	Despicere, obtutu tacito stetit; aestuat ingens	*Aen.12.v.666.*
seq.	Imo in corde pudor, mistoque insania luctu.	*ibid.*
Aen.6.v.472.	Tandem proripuit se se atri turbinis instar	*Aen.12.v.923.*
Aen.11.v.812.	Conscius audacis facti, sylvasque petivit.	*ibid.v.813.*
Aen.7.v.425.	(I nunc ingratis offer te irrise capistris.)	*Geor.3.v.188.*
Aen.12.v.600.	Se caussam inclamat, crimenq; caputq; malorum,	*ibid.*
seq.	Multaq; per moestum demens effata furorem	*ibid.*
Geor.4.v.452.	Et graviter frendens volucres dispersit in auras.	*Aen.11.v.795.*
Aen.2.v.223.	Quales mugitus fugit dum saucius aras	*ibid.*
seq.	Taurus, et incertam excussit cervice securim,	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Caecum scelus domus etc.*) idest Synagogae, cujus Principes clanculum cum proditore contraxerant.

** (*His ubi nequicquam dictis etc.*) Sacerdotes namque responderunt: *Quid ad nos, tu videris; et Judas projectis argenteis in templo, recessit.* Mat. 27.

Aen.11.v.377.	Dat Judas, rumpitq; has imo pectore voces.	*ibid.*
Aen.4.v.534.	En quid agam? * aut quae jam spondet fortuna salutem?	*Aen.12.v.637.*
Aen.3.v.44.	Heu fuge crudeles terras, pete regna per undas;	*Aen.4.v.381.*
Aen.12.v.184.	Convenit amisso fluitantem errare magistro.	*Aen.5.v.867.*
Ecl.2.v.60.	Quo fugis ah demens? quae mentem insania mutat?	*Aen.4.v.595.*
Aen.3.632.	Immensum dixere Deum namque ire per omnes	*Geor.4.v.221.*
seq.	Terrasq; tractusque maris; coelumque profundum:	*ibid.*
Aen.4.v.386.	Omnibus ipse locis aderit, quocumque sequetur.	*Aen.9.v.299.*
Aen.5.v.625.	Infelix! cui me exitio fortuna reservat?	*ibid.*
Aen.2.v.140.	Effugium aut quod jam misero mihi deniq; restat?	*ibid.v.70.*
Aen.6.v.108.	Ire ad conspectum cari Genitoris et ora:	*ibid.*
Aen.1.v.1.	Ille ego, qui patrios foedavi funere vultus?	*Aen.2.v.539.*
Aen.8.v.61.	Supplicibus supera votis, veniamque precare:	*Aen.3.v.144.*
Aen.11.v.797.	Annuet oranti? reducem miserebitur hostis?	*Aen.2.v.645.*
Aen.10.v.627.	Mutarive putas illum? spes pascis inanes.	*ibid.*
Aen.4.v.596.	Infelix Juda! nunc te fata impia tangunt.	*ibid.*
Aen.2.v.70.	Accipere heu quae nunc tellus, quae me aequora possunt?	*ibid.v.69.*
Aen.2.v.71.	Cui neque apud Gentes ** usquam locus: insuper ipsi	*ibid.*
Aen.6.v.554.	Coelicolae infensi *** poenas cum sanguine poscunt.	*Aen.2.v.72.*
Aen.6.v.127.	Noctes atque dies patet atri janua Ditis:	*ibid.*
Aen.7.v.312.	Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.	*ibid.*
Aen.4.v.90.	Quem simul ac tali **** persensit peste teneri	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*En quid agam etc.*) Soliloquium Judae, quo variis adfectibus agitatus multa sibi ipsi per synderesim proposita ad misericordiam obtinendam pertinacissime respuens, in obduratione atque obstinatione persistit, spemque ita omnem sibi ipse veniae eripit.

** (*Cui neque apud Gentes etc.*) Judas enim, natione, ac religione Hebraeus, Gentilibus erat exosus.

*** (*Coelicolae infensi*) Falso Judae praejudicio ob criminis conscientiam; juxta illud fratricidae Cain, Gen. 3. *Omnis ergo, qui invenerit me, occidet me.*

**** (*Quem simul ac tali etc.*) Nunquam opportunius atque efficacius diabolus tentat, quam ubi pravam in subjecto dispositionem nanciscitur praesertim voluntariam, et habitualem, tunc enim quocumque flagitii velit suo veluti pondere hominem pertrahit, in id, quo per se tendit, suis instigationibus vehementius adliciendo.

Aen.4.v.92.	Talibus adgreditur * Furiarum maxima juxta.	*Aen.6.v.605.*
Aen.4.v.657.	Felix oh nimium felix ! tua si bona noris ,	*Geor.2.v.458.*
Aen.12.v.932.	Utere sorte tua , melioribus utere fatis.	*Aen.6.v.546.*
Aen.4.v.569.	Eja age rumpe moras : te sperant tartara regem.	*Geor.1.v.36.*
Aen.6.v.79.	Excussisse Deum est insignis gloria facti :	*Aen.12.v.322.*
Aen.7.v.327.	Ipse pater Pluton praelato invidit honori.	*Aen.5.v.541.*
Aen.1.v.467.	Solve metus : imas Erebi descendit ad umbras	*Aen.6.v.404.*
Aen.6.v.403.	Troius Aenaeas genus alto a sanguine divûm ,	*Aen.5.v.45.*
Aen.7.v.56.	Turnus avis , atavisque potens , Rex ipse Latinus ,	*Aen.11.v.231.*
Aen.6.v.792.	Augustus pulchra Trojanus origine Caesar.	*Aen.1.v.290.*
Aen.6.v.123.	Quid memorem Alciden toties? ** quid Thesea magnūm?	*ibid. v.122.*
Aen.1.v.462.	Atriden , Priamumque , et saevum ambobus Achillem.	*ibid.*
Aen.6.v.817.	Quin et Tarquinios Reges animamque superbam	*ibid.*
Aen.6.v.818.	Ultoris Bruti , et geminos duo fulmina belli	*ibid. v.842.*
seq.	Scipiadas cladem Lybiae ; divisque videbis	*Ecl.4.v.15.*
Ecl.4.v.16.	Permixtos heroas , et ipse videberis illis.	*ibid.*
Aen.12.v.646.	Usqueadeone mori miserum est ? fugit ocior Euro	*ibid. v.733.*
Aen.4.v.705.	Dilapsus calor , atque in ventos vita recedens ;	*ibid.*
Aen.4.v.614.	Et sic magna tui sub terras ibit imago :	*ibid. v.654.*
Aen.2.v.620.	Nusquam abero , et tutum patrio te limine sistam.	*ibid.*
Aen.12.v.889.	Quae nunc deinde mora est, aut quid te his detinet oris?	*Aen.2.v.788.*
Aen.2.v.76.	Ille haec deposita tandem formidine reddit :	*Aen.10.v.530.*
Aen.2.v.704.	Cedo equidem , nec care tibi comes ire recuso :	*ibid.*
Ecl.10.v.28.	Ecquis erit modus, aut quâ me via ducit in Orcum?	*Ecl.9.v.1.*
Aen.10.v.680.	Haec memorans animo nunc huc nunc fluctuat illuc ,	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Talibus adgreditur etc.*) Pluribus fallacibus argumentis Alecto Judam in desperationis abyssum demergere satagit : ex gloria apud inferos propter insigne facinus proditionis Hominis Dei ; ex consortio magnorum virorum , veterumque heroum ; ex brevitate vitae , ac mortis facilitate : suum ad hoc praeterea illi ducatum pollicendo.

** (*Alciden toties*) Hercules enim pluries ad inferos descendit , et vivus scilicet , et defunctus , ut fabulantur poetae : vivus siquidem descendendo Cerberum inferni custodem e solio ipsius Plutonis abstractum conjecit in vincula. *Aen. 6. v. 395.*

Aen.10.v.683.	Fluctibus an jaciat mediis se a vertice velox,	*Aen.5.v.444.*
Ecl.5. v.21.	An latebras animae pectus mucrone recludat,	*Aen.10.v.601.*
Aen 4.v.631.	Invisam quaerens quam primum abrumpere lucem.	*ibid.*
Aen.7.v.415.	Alecto ante oculos his se cum vocibus offert:	*ibid. v.420.*
Geor.2. v.307.	Per ramos victor, perque alta cacumina pende:	*Aen.7.v.278.*
Aen.4.v.13.	Degeneres animos timor arguit: eja age segnes	*Geor.3. v.42.*
seq.	Rumpe moras: vocat ingentis te janitor Orci;	*Aen.8.v.296.*
Aen.6. v.154.	Sic demum lucos Stygios regna invia vivis	*ibid.*
seq.	Adspicies; dixit: terraeque horrenda petivit.	*Aen.7.v.323.*
Aen.6. v.263.	Ille ducem haud timidis vadentem passibus aequat,	*ibid.*
Aen.10.v.447.	Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu,	*ibid.*
Aen.4. v.475.	Decrevitque mori. * Nigrescunt omnia circum,	*Aen.11.v.824.*
Geor.3. v.58.	Et faciem nox atra cavâ circumvolat umbrâ,	*Aen.2. v.360.*
Aen.12.v.868.	Arrectaeq; horrore comae, et vox fertur ad auras.	*Aen.3.v.93.*
Aen.10.v.855.	Nunc vivo? neque adhuc homines lucemq; relinquo.	*ibid.*
seq.	Sed linquam: taedet coeli convexa tueri,	*Aen.4.v.451.*
Aen.10.v.880.	Nec mortem horremus, ** divum neq; parcimus ulli:	*ibid.*
Aen.6.v.289.	Gorgones, Arpijaeq; *** et forma tricorporis umbrae,	*ibid.*
Aen.6. v.265.	Et Chaos, et Phlegeton loca nocte silentia late,	*ibid.*
Aen.6.v.287.	Et centumgeminus Briareus, Vos o mihi Manes	*Aen.12.v.646.*
seq.	Este boni, quoniam Superis aversa voluntas;	*ibid.*
Aen.4.v.652.	Accipite hanc animam, hoc morientis munus habete:	*Ecl.8.v.60.*

ADNOTATIONES.

* (*Decrevitque mori*) Idest non impetu, sed determinato perversae voluntatis consilio.

** (*Nec mortem horremus*) Nulla hic contradictio cum versu superiori, ubi praedictum prostat *arrectaeque horrore comae*; ibi enim de horrore mortis naturali, atque involuntario, hic vero de voluntario ac deliberato est sermo, ut patet ex contextu.

*** (*Gorgones, Arpijaeque etc.*) Nil mirum si in vera religione institutus homo fabulosa Gentilium inferna numina invocans inducatur; amissa enim spe, nihil facilius, quam ut et fides consequenter amittatur, neque enim ultra mens credere libenter inducitur quod consequi prorsus desperat: inde frequens perditorum hominum, omnique spe destitutorum apostasia; nec aliunde inverosimile Judae in Paganorum Imperio ac commercio versanti infernorum manium nomina innotescere potuisse, Judaeo praesertim innatâ quadam propensione paganorum cultuum rituumque curioso.

Aen.2.v.622. Adparent dirae facies de sedibus imis; *Geor.4.v.471.*
Aen.4.v.404. It nigrum campis agmen, visaeque per umbram *Aen.6.v.257.*
Aen.7.v.18. Saevire ac formae magnorum ululare luporum *ibid.*
Aen.6.v.256. Sub pedibus mugire solum, et iuga coepta moveri. *ibid.*
Aen.12.v.603. Tunc nodum informis lethi trabe nectit ab alta, *ibid.*
Aen.2.v.245. Et monstrum infelix ramo frondente pependit. *Aen.7.v.67.*
Aen.11.v.468 Ilicet huic geminę nares et spiritus oris *Geor.4.v.300.*
seq. Multa reluctanti obstruitur, tum calcibus auras *Aen.10.v.892.*
seq. Verberat, et longis singultibus ilia pulsat: *Aen.9.v.415.*
Aen.11.v.829. Paullatim exsolvit se corpore frigida toto *ibid.v.828.*
Aen.12.v.952. Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras. *ibid.*
Aen.9.v.1. Atque ea diversâ penitus dum parte geruntur, *ibid.*
Aen.6.v.337. Ecce Gubernator Tyrio * conspectus in ostro *Geor.3.v.17.*
Aen.4.v.136. Tandem progreditur magnâ stipante caterva, *ibid.*
Aen.7.v.169. Imperat, et solio medius consedit eburno. ** *Aen.6.v.647.*
Aen.2.v.762. Custodes lecti *** Tyrrhenus, et acer Acontheus *Aen.11.v.612.*
Aen.2.v.763. Praedam adservabant cincti fulgentibus armis *Aen.11.v.188.*
Aen.12.v.550. Et Messapus equum domitor et fortis Asylas, *ibid.*
Aen.10.v.126. Et Clarus, et Hemon, senior cum castore Tybris: *ibid.v.124.*
Aen.10.v.213. At lecti Judae Proceres, populusque Patresque *Aen.9.v.192.*
Aen.7.v.181. Vestibulo adstabant **** (nam relligione parentum *ibid.v.112.*
Aen.6.v.563. Nulli fas casto sceleratum insistere limen *ibid.*

Adnotationes.

* (*Ecce Gubernator Tyrio conspectus in ostro*) Praesides enim Provinciarum in ditione sua aeque ac Praetores in Urbe togam deferebant purpurâ intextam.

** (*Solio eburno*) Idest sella curuli, quae propria erat sedes Magistratuum Romanorum jus dicentium.

*** (*Custodes lecti etc.*) Nomina satellitum Greco-Latina, tales namque populi Latium incolebant, nec Romanum Magistratum alienigenarum uti satellitio decuisset; quod quidem nemo inficiatur: quaestio tantum est inter Scriptores de peculiari militum patria.

**** (*Vestibulo adstabant*) juxta illud Jo.18 *Ipsi vero non introierunt in Praetorium, ut non contaminerentur, sed ut manducarent Pascha, a cujus esu eos macula legalis arceret, quam ex Lege contraxissent Praetorium intrantes Magistratûs alienigenae.* Vid. Alaphid. hic.

Aen.8.v.658.	Romulidis) magnâque incusant voce Magistrum.	*Aen.12.v.580.*
Aen.8.v.470.	Maxime, quem Romana potens virtute propago	*Aen.12.v.827.*
Aen.6.v.812.	Misit in imperium magnum, cui foedere certo	*Aen.1.v.66.*
Aen.1.v.527.	Justitiâque dedit gentes froenare superbas,	*ibid.*
Aen.8.v.385.	Adspice qui coëant populi, mens omnibus una,	*Geor.4.v.2 12.*
Aen.12.v.57.	Tangit honos omnes; adytis, arisque relictis,	*Aen.2.v.351.*
Aen.6.v.671.	Venimus in medium rebus succurrere fessis.	*Aen.11.v.335.*
Aen.8.v.321.	Hic genus indocile, et dispersos littora circum, *	*Aen.3.v.75.*
Aen.6.v.610.	Aut qui divitiis ** soli incumbere nefandis	*Aen.5.v.785.*
Aen.5.v.41.	Excipit, et falsi implevit Genitoris amore,	*Aen.1.v.720.*
Aen.9.v.173.	Rectoresq; hominum, et rerum dedit esse Magistros.	*ibid.*
Ecl.1.v.36.	Non unquam manibus *** liquidos dant ordine fontes,	*Geor.4.v.376.*
Aen.5.v.316.	Corripiuntq; dapes, contactuq; omnia foedant,	*Aen.3.v.227.*
Aen.3.v.630.	At simul explevit **** dapibus vinoque profundam	*Aen.6.v.462.*
Geor.3.v.431.	Improbus ingluviem, comitum stipante caterva,	*Aen.4.v.136.*
Aen.10.v.315.	Inde subit, mediaeque minans illabitur urbi	*Aen.2.v.240.*
Aen.10.v.13.	Exitium magnum, atq; improvida pectora turbat.	*Aen.2.v.200.*
Aen.4.v.487.	Hic se carminibus ***** promittit solvere mentes,	*ibid.*
Geor.4.v.456.	Suscitat et turpi dilapsa cadavera tabo,	*Geor.3.v.557.*
Aen.2.v.97.	Isthinc prima mali labes, ****** hinc semper Iesus	*ibid.*
Aen.8.v.565.	(Horrendum dictu!) divum sibi poscere honorem	*Aen.6.v.589.*

ADNOTATIONES.

* (*Hic genus indocile*) Idest piscatores, qui reliquis hominum generibus rusticiores sunt, moribusque difficiliores.

** (*Aut qui divitiis etc.*) Intelliguntur publicani nefando usurarum commercio occupati, ex quo utroque hominum genere piscatorum nempe ac publicanorum discipulos Christus elegit suos.

*** (*Non unquam manibus etc.*) Scribae ac Pharisaei frequenter Christi discipulos criminabantur, quod illotis manibus manducarent, Matth. 15. et alibi, sicque sibi immundis conspurcati manibus reddebantur immundi.

**** (*At simul explevit etc.*) Ita Christum Pharisaei calumniabantur, Luc. 7. *Ecce homo devorator et bibens vinum*; idest nebulo atque ebriosus, quum contra ipse discipulis crapulam ebrietatemque expresse vetuerit. Luc. 21. ibi: *Videte ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate.*

***** (*Hic se carminibus etc.*) Altera calumnia praestigiarum, de qua dictum superius.

****** (*Isthinc prima mali labes*) Idest ex prodigiis magica arte productis, quibus fretus divinos ambire honores coepit secundum Pharisaeorum calumnias.

Ecl.1.v.71.	Impius, huic mater quamvis, atq; huic pater adsit,	*Ecl.4.v.58.*
Geor.1.v.274.	Vilibus hic stratis opera ad fabrilia surgit, *	*Aen.8.v.415.*
Aen.8.v.409.	Haec vitam tolerare colo ** tenuique minervâ.	*ibid.*
Aen.12.v.553.	Nec mora nec requies: mens effera ne quid inausum	*Aen.8.v.205.*
seq.	Aut intentatum scelerisve dolive relinquat,	*Aen.7.v.361.*
Aen.7.v.362.	Perfidus alta petens *** primos sibi poscit honores,	*Aen.11.v.219.*
Geor.4.v.562.	Per populos dat jura viamque adfectat Olympo,	*ibid.*
Aen.10.v.152.	Edocet et fatis **** Regem se dicere posci.	*Aen.8.v.12.*
Aen.7.v.173.	At sceptra accipere et primos attollere fasces	*ibid.*
Aen.11.v.334.	Et sellam tristi turbatus tempore differt.	*ibid. v.470.*
Aen.8.v.509.	Invidet Imperium, ***** Romanas invidet arces:	*Aen.4.v.234.*
Geor.4.v.89.	Deterior qui visus eo? compesce prius, quam	*Geor.3.v.468.*
seq.	Dira per incautum serpant contagia vulgus.	*ibid.*
Aen.2.v.768.	Ausus quin etiam ****** voces jactare per urbes,	*Aen.3.v.418.*
Aen.5.v.177.	Hortaturque viros, et ni tua cura resistat	*Aen.2.v.599.*
Aen.7.v.340.	Arma velit, poscatque simul, rapiatque juventus.	*ibid.*
Aen.5.v.21.	Nec nos obniti contra nec tendere tantum	*ibid.*
seq.	Sufficimus, superat quoniam Romana propago.	*Aen.6.v.870.*
Aen.7.v.335.	Tu potes, o Ponti, rerum cui summa potestas.	*Aen.10.v.100.*
Geor.2.v.259.	His animadversis se se fortissimus heros	*Aen.6.v.169.*
Aen.1.v.443.	Infert augusti subter fastigia tecti,	*Aen.8.v.366.*

ANNOTATIONES.

* (*Opera ad fabrilia surgit*) Joseph enim vir Mariae, qui a Judaeis verus putabatur ac naturalis Pater Jesu, faber erat, unde et Jesus ipse fabri filius in spretum dictus est.

** (*Haec vitam tolerare colo etc.*) Describitur Mariae Matris Jesu paupertas.

*** (*Perfidus alta petens*) Quod Christus regnum declinaturus montem post panes multiplicatos illico petierit, Judaei more suo detorquent in contrarium.

**** (*Edocet et fatis etc.*) Quod Christus quandoque regnum suum memoraverit, subdens tamen de hoc mundo non esse, ipsi quoque perperam interpretantes calumniantur, ipsum docuisse se posci in Regem divino consilio Luc. 23., ibi: *Hunc invenimus dicentem, se Christum Regem esse.*

***** (*Invidet Imperium etc.*) Christus expresse docuerat solvenda Caesari tributa: Judaei tamen calumniantur impudentissime conclamantes: *hunc invenimus prohibentem tributa dari Caesari*; quasi ipsius invideret Imperio. Luc. 18.

****** (*Ausus quin etiam etc.*) Ista quoque mera Sacerdotum calumnia fuit clamantium. Luc. 18. *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram.*

Aen.8.v.312.	Exquiritq; auditq; Virum; os oculosque loquentis	*ibid.v.152.*
Aen.4.v.160.	Interea et totum lustrabat lumine corpus,	*Aen.8.v.153.*
Aen.12.v.65.	Flagrantesque haerent infixi pectore vultus:	*Aen.4.v.4.*
Aen.2.v.452.	Auxilioque levare Virum * secum ipse volutans,	*Aen.12.v.843.*
Aen.11.v.462.	Corripuit se se, et tectis citus extulit altis	*ibid.*
Aen.3.v.58.	Delectos populi ad proceres, ac talibus infit:	*Aen.10.v.860.*
Aen.6.v.560.	Quid scelerum tantas audetis tollere moles?	*Aen.1.v.138.*
Aen.6.v.399.	Nullae hic insidiae tales: ** injuria longe:	*Aen.1.v.345.*
Aen.10.v.42.	Nil super imperio moveor, non talia curat;	*Ecl.10.v.28.*
Aen.9.v.216.	Consilio hunc omnes, animisq; volentibus ultro	*Aen.8.v.611.*
Aen.10.v.224.	Adgnoscunt Regem (fama est vulgata per urbem)	*Aen.8.v.554.*
Aen.9.v.132.	Terra autem in manibus nostris et corpore et armis.	*Aen.11.v.641.*
Geor.2.v.491.	Illum non populi fasces, non purpura regum	*ibid.*
Geor.2.v.510.	Corripuit, subitaque animum dulcedine movit,	*Aen.11.v.538.*
Geor.3.v.462.	Dum fugit, *** et se se frondosis montibus abdit.	*Aen.7.v.387.*
Aen.11.v.126.	Justitiae quacumque viam virtute petivit;	*Aen.12.v.913.*
Aen.6.v.891.	Hebraeosque docet **** vel quae portenderet ira	*Aen.5.v.706.*
seq.	Magna Deûm, vel quae fatorum posceret ordo.	*ibid.*
Ecl.8.v.41.	Ut vidi ut stupui! pro majestate suorum	*Aen.12.v.820.*
Aen.8.v.464.	Sermonum: Illum aliquid magnum, vimq; adfore verbo	*Aen.10.v.547.*
Aen.4.v.12.	Credo equidem, nec vana fides genus esse deorum.	*ibid*
Aen.12.v.46.	Flectitur haudquaquam dictis violentia turbae,	*ibid.v.45*
Geor.2.v.503.	Sollicitant Proceres, animisq; audacibus implent,	*Aen.7.v.475.*
Aen.7.v.336.	Atque odiis: magno veluti quum flamma sonore	*ibid.v.462.*
seq.	Virgea suggeritur costis undantis aheni,	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Auxilioque levare Virum etc.*) Sciebat enim Pilatus, *quod per invidiam tradidissent eum.* Matth. 27.

** (*Nullae hic insidiae tales etc.*) *Nullam invenio in eo caussam ex iis in quibus eum accusatis*, inquit Judaeis Pilatus, Luca, et Joanne testantibus.

*** (*Dum fugit etc.*) Detegit falsitatem Pilatus accusationis Judaeorum super regni ambitione, de qua Christum criminabantur.

**** (*Hebraeosque docet etc.*) Refellit Pilatus aliam Judaeorum calumniam super doctrina, more tamen pagano se explicans.

seq. Exsultantq; aestu latices, furit intus aquae vis, *ibid.*
seq. Fumidus atq; alte spumis exuberat amnis, *ibid.*
seq. Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras. *ibid.*
Aen.2.v.222. Clamores simul horrendos ad sidera tollunt, *ibid.*
Ecl.4.v.25. Occidat; Hebraeisque suo det sanguine poenas. *Aen.10.v.617.*
Aen.11.v.564. At Praeses, magna propius jam urgente caterva, *ibid.*
Aen.10.v.368. Nunc prece nunc dictis animos et pectora mulcet, *Aen.1.v.157.*
Aen.7.v.357. Mollius et solito verbis compellat amicis. *Aen.2 v.372.*
Aen.9.v.399. Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis *ibid.*
seq. Eripere, ipse animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. *Aen.10.v.680.*
Aen.11.v.551. Versanti subito vix haec sententia sedit; *ibid.*
Aen.11.v.359. Cedat jus proprium Regi, * qui tempore eodem *Geor.1.v.483.*
Aen.8.v.173. Annua, quae differre nefas celebrare Sionem *ibid.*
Aen.7.v.175. (Haec sacris sedes epulis de more vetusto) *Aen.11.v.142.*
Aen.10.v.719 Venerat; illi mens juvenili ardebat ** amore *** *Aen.8.v.163.*
seq. Compellare Virum, coramque adgnoscere vultus. *Aen.3.v.173.*
Aen.7.v.467. Ergo iter ad Regem summa Pilatus ab arce *Aen.2.v.41*
Aen.7.v.468. Indicit, magno ad Regem clamore trahuntque *Aen.2.v.58.*
Aen.12.v.275. Egregium formâ Juvenem post terga revinctum. *Aen.2.v.57.*
Aen.11.v.248. Postquam introgressi, solio Rex inquit ab alto: *ibid.v.301.*
Aen.6.v.687. Venisti tandem, quem tot portenta sequuntur: *Aen.11.v.271.*
Aen.3.v.294. Hic incredibilis rerum fama occupat aures, *ibid.*
Aen.12.v.839. Supra homines supra ire Deos: tibi maxima rerum, *Aen.9.v.279.*
seq. Verborumque fides; sed famam extendere factis, *Aen.10.v.468.*

ADNOTATIONES.

* (*Cedat jus proprium Regi*) Pilatus siquidem ut se salebroso eximeret judicio, arrepta occasione, quod homo Galilaeus esset Jesus, cessit Herodi caussam, Christumque ad illum veluti Galilaeae Tetrarcham remisit, qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus, ut refert Luc. cap. 23., non alia certe de caussa, quam Paschatis celebrandi.

** (*Illi mens ardebat etc.*) Ita Luc. cit. capit. 23. *Erat enim cupiens* (Herodes) *ex multo tempore videre eum, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.*

*** (*Juvenili amore*) Erat enim hic Herodes junior filius Senioris, frater Archelai.

seq.	Hoc virtutis opus. Si quid praesentius audes,	*Aen.*12.*v.*152.
*Aen.*9.*v.*296.	Spondeo digna tuis ingentibus omnia coeptis.	*ibid.*
*Aen.*10.*v.*651.	Talia vociferans affatur voce superba;	*Aen.*7.*v.*544.
*Aen.*4.*v.*464.	Multaq; praeterea * studio jactabat inani.	*Ecl.*2.*v.*5.
*Aen.*6.*v.*469.	Ille solo fixos oculos atque ora tenebat;	*Aen.*11.*v.*121.
*Aen.*6.*v.*470.	Nec magis incoepto ** vultum sermone movetur,	*ibid.*
seq.	Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.	*ibid.*
*Aen.*7.*v.*506.	Improvisi adsunt *** arrepto tempore Scribae;	*Aen.*11.*v.*459.
*Aen.*2.*v.*98.	Criminibus terrere novis; hinc spargere voces	*ibid.*
seq.	In vulgum ingenti per regia tecta tumultu;	*Aen.*11. *v.*447.
*Geor.*4.*v.*263.	Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis	*ibid.*
*Geor.*1.*v.*327.	Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus aequor,	*ibid.*
*Aen.*12.*v.*9.	Haud secus accensae gliscit violentia turbae.	*ibid.*
*Aen.*7.*v.*81.	At Rex sollicitus nec voci iraeque pepercit,	*Aen.*2. *v.*534.
*Aen.*2.*v.*376.	Dixit et extemplo, (neque enim reponsa dabantur)	*ibid.*
*Aen.*2.*v.*776.	Quid tantum insano juvat indulgere? reducant.	*ibid.v.*178.
*Geor.*1.*v.*181.	Tum varie illudunt, ac Regis jussa facessunt.	*Aen.*4.*v.*295.
*Aen.*10.*v.*775.	Indutumque Deum veste atque insignibus albis	*ibid. v.*539.
*Aen.*7.*v.*408.	Protinus hinc magno laeti clamore reportant; ****	*Geor.*3.*v.*375.
*Aen.*6.*v.*122.	Itque reditque viam toties per tela per hostes,	*Aen.*2.*v.*358.
*Aen.*8.*v.*428.	Dejicit in terras qui non imitabile fulmen.	*Aen.*6.*v.*590.
*Ecl.*4.*v.*36.	Atque iterum Praeses ***** animos tentare precando	*Aen.*4.*v.*113.
*Ecl.*8.*v.*103.	Adgreditur Christi sortem miseratus iniquam,	*Aen.*6.*v.*332.

Adnotationes.

* (*Multaque praeterea*) Juxta illud Luc.23. *Interrogabat autem eum multis sermonibus.*

** (*Nec magis incoepto etc.*) Sequitur quippe Luc. ibid. *At ipse nihil illi respondebat.*

*** (*Improvisi adsunt etc.*) Luc. ib. *Stabant autem Principes Sacerdotum accusantes eum.*

**** (*Reportant*) Latine non semel usurpatur verbum reportare pro verbo reducere. Vid. Facciol. sub vocabulo *Reportare.*

***** (*Atque iterum Praeses etc.*) Juxta Evangelicam historiam post reductum ab Herodis tribunali Christum ad Praetorium, tentat adhuc Pilatus illum supplicio mortis eripere. Luc. 23., ibi: *Obtulistis mihi hunc hominem, et ecce coram vobis interrogans, nihil invenio in eo caussae; sed neque Herodes . . . emendatum ergo illum dimittam.*

Geor.4.v.411.	Sed quanto ille magis tot se se vertit in ora,	*Aen.7.v.328.*
Aen.7.v.787.	Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis	*ibid.*
Aen.7.v.293.	(Heu stirpem invisam !) tolli miserabile corpus	*Aen.11.v.59.*
Aen.6.v.259.	Conclamat, resonant late clamoribus aedes,	*Aen.12.v.607.*
Aen.8.v.305.	Consonat omne nemus strepitu, collesq; supini	*Geor.3.v.555.*
Aen.12.v.757.	Responsant circa, et coelum tonat omne tumultu.	*ibid.*
Aen.2.v.491.	Instat Pilatus (quis enim modus adsit amori ?)	*Ecl.2.v.68.*
Aen.2.v.134.	Eripiat letho Juvenem nova pectore versat	*Aen.1.v.661.*
Aen.7.v.592.	Consilia, et saevae Gentis corda aspera tentat.	*Aen.10.v.87.*
Aen.7.v.601.	Mos erat Hebraeis manicas atque arcta levare	*Aen.2.v.146.*
Aen.2.v.147.	Vincla reo pulchra pro libertate parentum,	*Aen.6.v.821.*
Aen.4.v.539.	Tam bene apud memores veteris stat gratia facti. *	*ibid.*
Aen.1.v.351.	Barabbas scelere ante alios immanior omnes,	*ibid.*
Aen.11.v.340.	Seditione potens, ** et multâ caede cruentus	*Aen.1.v.475.*
Aen.6.v.614.	Inclusus poenam expectabat carcere caeco.	*ibid.v.734.*
Aen.7.v.68.	Continuo cui fata parent? quem poscat? Iesum	*Aen.2.v.121.*
Ecl.10.v.21.	Barabbamne? rogat populum spe Pontius ardens,	*Aen.12.v.325.*
Aen.11.v.49.	Et tunc ille quidem spe multum captus inani;	*ibid.*
Aen.2.v.67.	Namque ut conspectu in medio sic ore loquutus,	*Aen.9.v.319.*
Aen.1.v.523.	Barabbam primi Scribae clamore salutant,	*ibid.v.524.*
Aen.1.v.524.	Barabbam turbae magno clamore sequuntur,	*Aen.10.v.799.*
Aen.2.v.299.	Et magis atque magis, donec, Calchante ministro,	*ibid.v.100.*
Aen.2.v.153.	Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.	*ibid.*
Aen.4.v.65.	Heu Vatum ignarae mentes *** caecaeque furore !	*Aen.2.v.244.*
Ecl.5.v.38.	Pro molli viola, pro purpureo narcisso	*ibid.*
seq.	Carduus et spinis surgit paliurus acutis.	*ibid.*

Ad notationes.

* (*Veteris stat gratia facti*) Idest liberatio Patrum filiorum Israel de Egyptiaca servitute.

** (*Seditione potens etc.*) *Qui erat*, inquit Luc. ibid., *propter seditionem et homicidium missus in carcerem.*

*** (*Vatum ignarae mentes*) Figur. pro ut diceretur, mentes ignarae vaticiniorum.

Aen.6.v.523.	Pilati interea conjux * exterrita monstris	*Aen.3.v.307.*
Aen.9.v.193.	Exposcit mittitq; viri qui ferret ad aures:	*Aen.3.v.93.*
Aen.10.v.34.	Quae Superum quae me suspensam insomnia terrent ?	*Aen.4.v.9.*
Aen.4.v.10.	Quis novus hic nostris successit sedibus Heros ?	*Aen.12.v.502.*
Aen.1.v.530.	Parce pio generi, et propius charissime conjux	*Aen.8.v.377.*
Aen.4.v.578.	Adsis o placidusque juves genus ab Jove summo	*Aen.6.v.123.*
Aen.3.v.42.	Parce pias scelerare manus: tibi summa potestas.	*Aen.10.v.100.*
Aen.8.v.364.	Aude: nec mihi vana putes haec fingere somnum,	*ibid.v.42.*
Aen.1.v.62.	Ni facias, portenta Deûm terroribus obstant.	*Aen.7.v.58.*
Aen.1.v.394.	Namque mihi primi sub lumina solis et ortus	*Aen.6.v.255.*
Aen.6.v.255.	Ecce improviso vibratus ab aethere fulgor	*Aen.8.v.524.*
seq.	Cum sonitu: Interpres divûm ** Jove missus ab ipso	*Aen.4.v.356.*
Aen.4.v.357.	(Testor utrumque caput) celeres mandata per auras	*ibid.*
seq.	Detulit: ipsa Deum manifesto in lumine vidi	*ibid.*
seq.	Intrantem muros, vocemq; his auribus hausi:	*ibid.*
Aen.3.v.169.	Surge age, et haec Italo non dedignanda marito,	*Aen.4.v.536.*
Aen.3.v.170.	Nec dubitanda refer: palmas cum voce tetendi,	*Aen.2.v.688.*
Aen.3.v.175.	Et gelidus toto manabat corpore sudor;	*ibid.*
Aen.3.v.173.	Nec sopor illud erat, sed coram adgnoscere vultus,	*ibid.*
Aen.3.v.442.	Divinasque comas, praesentiaque ora videbar:	*ibid.v.174.*
Aen.3.v.176.	Corripio e stratis corpus; vix munera libo	*ibid.v.177.*
seq.	Intemerata focis, atque haec tibi maxima pando.	*ibid.v.252.*
Aen.4.v.448.	Tunditur assiduis hinc atque hinc vocibus heros	*ibid.v.447.*
Aen.2.v.419.	Pontius, atque imo persentit pectore curas.	*Aen.4.v.448.*
Aen.10.v.362.	At parte ex alia medios volat ecce per hostes	*Aen.12.v.650.*
Aen.10.v.761.	Pallida Tisyphone, calefactaque corda tumultu	*Aen.12.v.269.*

Adnotationes.

* (*Pilati interea conjux etc.*) Sedente Pilato pro tribunali, narrat Matth. capit. 7., misisse ad eum uxorem ipsius, qui diceret: *Nil tibi et justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.*

** (*Interpres divûm etc.*) Ethnica mulier more Ethnicorum fabuloso visionem narrat.

Aen.4.v.64.	Pectoribus inhians immani concitat ira.	*Aen.9.v.694.*
Aen.4.v.451.	Mortem orant, saevitq; animis ignobile vulgus.	*Aen.1.v.153.*
Aen.11.v.278.	Ne vero * ne me ad tales impellite caedes,	*Aen.2.v.411.*
Aen.9.v.184.	Praeses ait, tantumne animis certatis iniquis?	*Aen.10.v.7.*
Aen.1.v.136.	Tantane vos generis ** tenuit fiducia vestri,	*ibid.*
Aen.2.v.84.	Insontem infando indicio ac sine crimine vitam	*Aen.4.v.550.*
Aen.10.v.733.	Sternere? quod genus hoc hominum? quae barbara morem	*Aen.1.v.543.*
Aen.1.v.544.	Permittit patria? at non sic Egyptus et ingens	*Geor.4.v.210.*
Geor.1.v.57.	India, nec populi Parthorum, et Medus Hydaspes.	*Geor.4.v.211.*
Aen.2.v.650.	Talia perstabat memorans fixusq; sed aurae	*Aen.9.v.312.*
Aen.9.v.313.	Omnia discerpunt et nubibus irrita donant.	*ibid.*
Aen.1.v.91.	Insequitur clamorque virûm stridorque furentum,	*Aen.11.v.838.*
Aen.2.v.299.	Et magis atq; magis, dum nititur, acrius instant.	*Aen.12.v.783.*
Aen.6.v.168.	Postquam illos *** variis assultibus irritus urget	*Aen.5.v.442.*
Aen.7.v.35.	Flectere Pilatus, nec spes opis ulla dabatur,	*Aen.2.v.803.*
Geor.3.v.208.	Verbera lenta pati ****, et duris parere ministris	*Aen.2.v.580.*
Aen.3.v.465.	Imperat; adcurrunt, spoliantque calentia membra.	*Aen.12.v.297.*
Aen.12.v.67.	Indum sanguineo veluti violaverit ostro	*ibid.*
seq.	Si quis ebur, vel mixta rubent ubi lilia multâ	*ibid.*
seq.	Alba rosâ, tales nudus dabat ore colores;	*ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Ne vero etc.*) *Iterum Pilatus loquutus est ad eos volens dimittere Jesum.* Luc.23. v. 20.

** (*Tantane vos generis etc.*) Valde Hebraei gloriabantur, et superbiebant de genere suo, ac saepe jactabundi effutiebant: *Semen Abrahae, vel, Filii Abrahae sumus, vel: nos Patrem habemus Abraham*, ut liquet ex Evangelio.

*** (*Postquam illos etc.*) *Videns autem Pilatus*, inquit Matth. cap. 27., *quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, dimisit illis Barabbam, Jesum autem flagellatum tradidit eis.*

**** (*Verbera lenta pati etc.*) Ita quidem Lege cavebatur Hebraeorum, ne plagae quadragenarium numerum excederent, Deuter. c. 25, v. 3.; et licet jure Rom. nullus praefiniretur plagarum numerus, sed jusdicentis arbitrio relinqueretur pro criminum qualitate taxandus; ex fine tamen imperatae a Pilato flagellationis, qui ad correptionem, non ad vindictam fuit (nullum namque in Christo crimen invenerat) liquet nonnisi lentam discretamq; a Pilato imperari potuisse. Id certe evincunt verba illa Pilati ad Judaeos Luc. 23, v.16, *emendatum ergo illum dimittam.*

Aen.6.v.862.	Sed frons laeta parum, et dejecto lumina vultu.	*ibid.*
Aen.12.v.92.	Exin quae in mediis ingens adnixa columnae	*ibid.*
seq.	Aedibus adstabat, Dominum Mezentius ardens	*Aen.10.v.689.*
Aen.6.v.439.	Adligat; ast Amiterna choors * accincta flagellis	*ibid.v.570.*
Aen.2.v.64.	Circumfusa ruit, virg-isque et vimine querno	*Aen.11.v.65.*
Aen.5.v.457.	Nunc dextrâ ingeminant ictus, tum deinde sinistra,	*Aen.10.v.261.*
Geor.1.v.449.	Ut multa in tectis crepitans salit horrida grando,	*ibid.*
Aen.1.v.352.	Quos inter medius venit furor ore cruento.	*Aen.10.v.489.*
Aen.8.v.436.	Certatim totis in vulnera viribus itur,	*Aen.12.v.528.*
Aen.5.v.429.	Immiscentque manus manibus, pulchrosq; per artus	*Aen.9.v.433.*
Geor.3.v.221.	Vulneribus crebris sanguis fluit undique rivis.	*Aen.5.v.200.*
Aen.9.v.435.	Purpureus, mixtâque cruor calcatur arenâ.	*Aen.12.v.340.*
Aen.9.v.453.	Exsanguis quanquam in media jam morte tenetur,	*Aen.2.v.533.*
Aen.12.v.553.	Nec mora nec requies plagis ** (miserabile visu!)	*Aen.1.v.115.*
Aen.7.v.586.	Ille velut pelagi rupes immota resistit.	*ibid.*
Geor.3.v.257.	Atque hinc atq; illinc humeros ad vulnera durat;	*ibid.*
Aen.7.v.587.	Ut pelagi rupes magno veniente fragore	*ibid.*
Aen.10.v.694.	Obvia ventorum furiis expostaque ponto	*ibid.*
seq.	Vim cunctam atque minas perfert coeliq; marisque,	*ibid.*
seq.	Ipsa immota manens: nequicquam spumea circum	*Aen.7.v.589.*

ADNOTATIONES.

* (*Amiterna cohors.*) Non hic taxandae, sed indicandae tantum originis gratia cohors militum Amiterna dicitur: Amiternum enim Latialis Urbs, et Latinos fuisse milites Christi tortores nulli dubium: at non aliud prostabat apud Virgilium patronimicum Latiale vocabulum voci *cohors* adjectum: qua hic utitur Evangelista. Haec monui, ne quis determinari hic a me militum patriam urbem forte putet, quae latet adhuc in obscuris.

** (*Nec mora nec requies plagis etc.*) Non est ambigendum de nimio modumque omnem excedente plagarum numero, tum propter Judaeorum nequitiam pecunia milites corrumpentium, tum propter eximiam atque incredibilem Christi patientiam, qui ut agnus innocens coram tondentibus se obmutuit, neque ad reclamandum, vel ad conquerendum aperuit os suum. Neque obstat, quod Pilatus discrete flagellari jusserit, ut paullo ante observatum est; quanto enim facile per exequutores pecunia praesertim corruptos Magistratuum mandata eludantur, nemo est qui ignoret. Adde Pilatum flagellationi non interfuisse mensae fortassis accumbentem instante hora tertia, Christumque corrupto, atque efferato ministrorum arbitrio omnino derelictum.

Aen. 7. v. 590.	Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.	*ibid.*
Aen. 8. v. 256.	Non tulit hoc animis Trojano sanguine cretus,	*Aen. 4. v. 191.*
Aen. 7. v. 591.	Verum ardens summâ Ripheus descendit ab arce,	*Aen. 2. v. 41.*
seq.	Et procul: o miseri, haud mentem mortalia tangunt?	*Aen. 1. v. 466.*
Ecl. 5. v. 36.	Insanire libet vobis hominesne feraene?	*Aen. 1. v. 312.*
Aen. 1. v. 146.	Sic ait; et nodos, et vincula linea rupit,	*Aen. 5. v. 510.*
Aen. 10. v. 475.	Vaginâque cavâ fulgentem diripit ensem	*ibid.*
Aen. 4. v. 580.	Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.	*ibid.*
Aen. 12. v. 927.	Ad terram Christus, * duplicato poplite in ipso	*Aen. 5. v. 332.*
Aen. 5. v. 333.	Concidit immundoque fimo, sacroque cruore.	*ibid.*
Aen. 2. v. 534.	Non tamen abstinuere, animosque explesse juvabat	*ibid. v. 586.*
seq.	Ultricis flammae, se seque in bella remittunt.	*Aen. 12. v. 590.*
Aen. 3. v. 594.	Consertum tegmen spinis super utraq; quassant	*Aen. 5. v. 855.*
seq.	Tempora; quod Domini callido rigat ora cerebro,	*Aen. 11. v. 698.*
Aen. 2. v. 277.	Squallentem barbam et concretos sanguine crines.	*ibid.*
Aen. 9. v. 753.	Collapsos artus Tyrio velatur amictu,	*Aen. 3. v. 545.*
Aen. 1. v. 657.	Praeterea sceptro donatur arundine glauca:	*Aen. 10. v. 205.*
Aen. 7. v. 698.	Ibant aequati numero Regemque salutant.	*Aen. 3. v. 524.*
Aen. 5. v. 181.	Illum et labentem Hebraei, et risere sedentem	*Aen. 11. v. 460.*
Aen. 5. v. 182.	Et falsos ridebt, ** qui sic redduntur, honores.	*ibid. v. 347.*
Aen. 11. v. 726.	Haec servans oculis summo sedet altus Olympo,	*ibid.*
Aen. 4. v. 25.	Nec Pater Omnipotens adigit mox fulmine ad umbras?	*ibid.*
Aen. 11. v. 57.	Optabis Nato funus Pater hei mihi dirum!	*ibid. v. 56.*
Geor. 2. v. 363.	Parcendo *** placitone etiam pugnabis amori?	*Aen. 4. v. 38.*

ADNOTATIONES.

* (*Ad terram Christus etc.*) Id non habent quidem Evangelistae, verosimillimum tamen est Christum tanta sanguinis emissione debilitatum prope exanimem corruisse.

** (*Et falsos rident. etc.*) Neque hoc habent Evangelistae, sed deduci non incongrue potest ex circumstantia loci, ubi coronatio et illusio Domini a militibus peracta fuit, in atrio nempe Praetorii, ut notat Marcus cap. 15. v. 16., ubi Judaei licet foris stantes, omnia tamen, quae fiebant, per atrii fores vel cancellos videre facile potuerunt, risu interim et cachinnis militum illusioni obsecundantes.

*** (*Parcendo etc.*) Idest parcendo servis ad[illegible] acerbissime amori placito, Filio scilicet suo

Aen.12.v.48.	Quam pro me curam geris, hanc Pater Optime pro me	*ibid.*
seq.	Deponas: mea fraus omnis: nihil iste nec ausus,	*Aen.9.v.428.*
seq.	Nec potuit, superat quo non Tibi carior alter.	*Aen.12.v.639.*
Aen.9.v.427.	Me me, adsum qui feci, in me converte flagella.	*Geor.2.v.299.*
Aen.5.v.779.	Pontius interea, Christi quem cura remordet,	*Aen.1.v.265.*
Aen.7.v.156.	Haud mora festinans oculos per singula volvit,	*Aen.8.v.618.*
Aen.6.v.498.	Vixque adeo agnovit laniatum corpore toto.	*ibid. v.494.*
Aen.5.v.172.	Tum vero exarsitque viro dolor ossibus ingens,	*ibid.*
seq.	Nec lacrymis caruere genae, dextraq; praehensum	*Aen.2.v.592.*
Aen.2.v.461.	Educit tectis, unde omnis vertice celso	*Aen.3.v.679.*
Aen.1.v.417.	Cernere posset Eum, faciemq; ostentat, et udo	*Aen.5.v.357.*
seq.	Turpia membra fimo, atq; expletas sanguine poenas.	*Aen.7.v.766.*
Aen.2.v.407.	Non tulit hanc speciem furiatâ mente caterva,	*Aen.11.v.478.*
Aen.7.v.788.	Et magis effuso crudescunt sanguine corda;	*Aen.9.v.55.*
Aen.5.v.830.	Una omnes ululant: * ferit aurea sidera clamor;	*Aen.2.v.488.*
Geor.4.v.90.	Dede neci, et poenam scelerato ex sanguine sume,	*Aen.12.v.949.*
Aen.9.v.496.	Invisum detrude caput sub tartara ligno. **	*ibid. v.413.*
Aen.6.v.102.	Ut primum cessit furor, et rabida ora quierunt,	*ibid.*
Aen.11.v.251.	Auditis ille haec placido sic reddidit ore.	*ibid.*
Aen.3.v.49.	Hunc odiis satis est poenam traxisse per omnem,	*Aen.5.v.786.*
Ecl.3.v.94.	Parcite jam nimium procedere: sanguine largo	*Aen.12.v.721.*
Aen.9.v.356.	Poenarum exhaustum satis est; nunc corda residant,	*Aen.6.v.407.*
Aen.3.v.266.	Et placidi servate pium, nec vestra feretur	*Aen.7.v.231.*
seq.	Fama levis, tantique abolescet gratia facti.	*ibid.*
Aen.9.v.636.	Pontius haec tantum: turbae clamore sequuntur.	*ibid.*
Aen.2.v.540.	At non Ille, satum *** quo se mentitur, inultum	*Aen.10.v.739.*

ADNOTATIONES.

turali ac proprio, qui est amor tuus unicus, in quo per omnia bene complaces Tibi? ut inquit D. Leo Magn. in Homil. de Transfig. Domini.

* (*Una omnes ululant*) Sic habet Luc. cap. 23. *At illi instabant vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur.*

** (*Detrude ligno etc.*) Idest tolle de numero ac terra viventium extremo crucis supplicio.

*** (*At non ille, satum etc.*) Idest Regnator Olympi, quo ille impius mentitur se na-

Aen.4. v.540.	(Nos autem fac velle) sinet Regnator Olympi.	*Aen.7. v.558.*
Aen.11. v.444.	Morte luat: Deus ipse haec foedera fulmine sanxit.	*Aen.12. v.200.*
Aen.8. v.121.	Obstupuit tanto * perculsus nomine Praeses;	*ibid.*
Aen.12. v.867.	Olli membra novus solvit formidine torpor,	*ibid.*
Aen.6. v.86.	Jussit qui sacrum violari vulnere corpus:	*Aen.11. v.591.*
Aen.4. v.39.	Tunc venit in mentem, subito turbante tumultu;	*Aen.9. v.397.*
Aen.6. v.580	Hinc genus antiquum Terrae, Titania pubes,	*ibid.*
seq.	Fulmine dejecti, Lapithae illinc Pyrithousque,	*ibid v.601.*
seq.	Quos super atra silex jamjam lapsura superstat:	*Aen.10. v.540.*
Aen 6. v.582.	Hinc et Aloidae gemini rescindere Coelum	*ibid. v.583.*
seq.	Adgressi, superisque Jovem detrudere regnis.	*ibid.*
Aen.10 v.680	Haec memorans animo, tanto magis ille fatigat	*Aen.6. v.79.*
Geor.1. v.416.	Ingenium, ut dirae valeat subducere pugnae;	*Aen.10. v.50.*
Aen.7. v.707.	Ergo sic mulcet dictis, ac talia fatur.	*Aen.5. v.464.*
Aen.4 v.612.	O nostras audite preces, et pectore toto	*Aen.9. v.276.*
Aen.6 v.620.	Discite justitiam moniti, et non temnere divos;	*ibid.*
Aen.12 v.514	O cohibete iras, vestri et miserescite Regis. **	*Aen 8. v.573.*
Aen.5 v.680.	Sed non idcirco flammae atque incendia vires	*ibid.*
seq.	Indomitas posuere: sedet furor impius intus,	*Aen.1. v.298.*
Aen.4 v.197.	Incenditque animos, et miscet pectora motu	*Aen.12 v.217*

ADNOTATIONES.

tum esse, non sinet eum inultum idest impunitum, etiamsi nos vellemus parcere. Ergo morte luat blasphaemiam; nam Deus ipse sanxit hanc poenam in impios sui aemulatores lege lata in monte Sina inter fulmina; quod Joannes ita breviter ac dilucide more suo: *Nos habemus legem, et secundum legem debet mori; quia Filium Dei se fecit.* Cap. 19. v. 7.

* (*Obstupuit tanto etc.*) Pilatus quum magnam haberet de divina Christi origine ex auditis miraculis opinionem, hic tam n insuper a Judaeis, licet criminantibus, audiens hoc idem a Christo de se ipso commemoratum, stupore ac terrore maximo corripitur testante eodem Jo: cit. cap. v. 8.: *quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit*; neque enim levis erat caussa timendi juxta Paganorum quoque Theologiam divini corporis violatio per crudelissima flagella Pilati jussu Christo a militibus inflicta; recordatus quippe est miserrimae sortis eorum, qui multifariam cruciati describuntur a Poëtis apud inferos, quod impie Deos adpetierint. Hinc magis timuit Pilatus: *et exinde quaerebat dimittere eum.* Jo. loc. cit. v. 12.

** (*Vestri et miserescite Regis*) Respondet verbis Pilati relatis a Joanne c. 19 v. 15. *Regem vestrum crucifigam?* idest Regem vestrum servare vos decet potius ac tueri, et si in calamitatem incidat, ejusdem misereri, eique opitulari, quam illi necem exoptare ac moliri.

Aen 6. *v*.175.	Ergo omnes magno circum clamore fremebant:	*ibid.*
Aen 6. *v*.851.	Tu regere imperio populos Pilate memento ,	*ibid.*
Ecl 5. *v*.50.	Nos tamen antiqua sub Relligione tueri.	*Aen*.2. *v*.188.
Aen.6. *v*.810.	Regis Romani * dictis paremus ovantes	*Aen*.3. *v*.189.
Geor.4. *v*.47.	Caesaris : hoc nomen cunctis dominabitur oris ;	*Aen*.3. *v*.97.
Geor.4. *v*.448	Sed tu desine velle sacrata resolvere jura ;	*Aen*.2. *v*.157.
Aen.2. *v*.452.	Auxilioq; levare virum , qui foedera rumpat **	*Aen*.12. *v*.582.
Aen.10. *v* 415	Elatus tumidusque novo praecordia regno.	*Aen*.9. *v*.596.
Aen.12. *v*.572.	Hoc caput , o Praeses , haec belli summa nefandi ;	*ibid.*
Aen.1. *v*.62.	Ni facias , *** vultus non exhorrescis amicos	*Aen* 7. *v*.265.
Geor.3. *v* 47.	Caesaris ; et nomen : Caesar Rex omnibus idem.	*Aen*.10. *v*.112.
Aen.11. *v*.321	Cedat amicitia , rerumque relinquat habenas ?	*Aen*.7. *v*.600.
Geor.2. *v*.257	Difficile : haec via sola fuit , qua perdere possent.	*Aen*.10. *v*.879.
Aen.3. *v*.55.	Fas omne abrumpit regnandi dira cupido.	*Geor*.1. *v*.37.
Aen.7. *v*.594	Frangimur heu fatis , inquit , ferimurq; procella.	*ibid.*
Aen.3. *v*.260.	Diriguit : cecidere animi , nec jam amplius audet	*Aen*.11. *v*.808
Aen.5. *v*.174.	Oblitus decorisq; sui , Christique salutis ,	*ibid.*
Aen 11. *v* 458	Ire animis contra , gemituque haec addidit alto.	*ibid. v*.95.
Aen.2 *v*.22	Quamquam animus meminisse horret, sine crimine vitam	*Aen*.4 *v*.550.
Aen.12. *v*.265	Et Regem vobis **** victusq; volensq; remitto.	*ibid. v*.833.
Aen.1. *v*.547.	At sperate Deos memores fandi atq; nefandi.	*ibid.*
Aen.7 *v*.595.	Ipsi has sacrilego ***** pendetis sanguine poenas :	*ibid.*

ADNOTATIONES

* (*Regis Romani etc.*) Responsio est Judaeorum huic postremae Praesidis interrogationi. Jo. loc. cit. *Non habemus Regem , nisi Caesarem.*

** (*Qui foedera rumpat*) Jo. ibid. v. 12. *Qui se Regem facit , contradicit Caesari.*

*** (*Ni facias etc*) Jo ib. v. 12. *Si hunc dimittis , non es amicus Caesaris.*

**** (*Et Regem vobis etc.*) Luc. 23. *Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum, et Jesum tradidit voluntati eorum.* Et Marc. cap. 15. *Pilatus autem volens populo satisfacere , tradidit Jesum ut crucifigeretur.* Victus scilicet importunitate Judaeorum , ac timore Caesaris gratiam amittendi , quod illi accidit ex adverso , siquidem post injustissimae sententiae exequutionem relegatus a Tiberio Aug. fuit.

***** (*Ipsi has sacrilego etc.*) Quod Judaei in seipsos imprecati sunt dicentes : *Sanguis ejus super nos , et super filios nostros*, hic effertur ex ore Pilati quasi praedicentis futuras Judaeorum calamitates ob innoxium sanguinem effusum.

*Aen.*12.*v.*581. Testaturque Deos, indigna morte peremtum. *Aen.*6.*v.*163.
*Aen.*1.*v.*705. Dant famuli manibus lymphas * undantis aheni *Aen.*2.*v.*463.
*Aen.*12.*v.*817 (Vana superstitio veterum monimenta virorum) *Aen.*3.*v.*102.
*Aen.*6.*v.*154. Sic demum lucos stygios evadere demens *Aen.*9.*v.*560.
*Aen.*10.*v.*648 Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem, *ibid.*
*Aen.*9.*v.*818. Et Christum Hebraeis, abluta caede remisit. *ibid.*

ADNOTATIONES.

* (*Dant famuli manibus lymphas etc.*) Hanc Pilati caerimoniam cum adjecta protestatione innocentiae suae, licet flagellationem praecesserit, hoc tamen rejici congruentius visum est, ne in similium sententiarum repetitionem lectoribus valde fastidiosam incideremus.

VIRGILII SACRI
DE
MORTE CHRISTI
LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Christus ingenti cruce oneratus educitur ad Calvariae locum, deficienti autem sub immani pondere Simon sufficitur Cyrenaeus, flentibus interim Christum in via piis mulieribus, quibus ipse suadet flere potius calamitates extremas sibi ipsis filiisque suis proxime impendentes. Famâ porro damnationis Christi pervulgatâ, Virgo Mater ejus dolore perculsa iter Calvariae cum sororibus arripit, perque viam sanguine Ipsius perfusam multa gemens, montem denique feralem conscendit, dum Milites Jesum vestibus nudabant in crucem suffixuri. Ipsis autem crucem attollentibus, Christus pro omnium salute semet ipsum offert Deo Patri, quem adhuc orantem milites in terram proturbant, inque lignum funibus catenisque trahentes suspendunt. Judaeis multifariam sibi pendenti insultantibus Christus eximia charitate vices rependit veniam pro ipsis expostulans ignorantibus. Crucibus quoque cum Christo suffixi pendebant latrones duo, quorum alter ab eo, ut sui regnaturus recordaretur, petens, regnum obtinet aeternum. Matrem deinde stantem juxta crucem prospiciens Jesus, dilecto commendat discipulo, istumque Matri. Sitiens aceto potatur, tenebrisque tunc temporis per universum orbem factis, se a Deo derelictum querens, eique animam suam commendans, emissa voce ma-

gna spiritum tradit, plurimis, horrendisque portentis mortem suam consequentibus, multisque Judaeorum ad haec resipiscentibus. Advenientes autem vespere satellites, utriusque latronis cruribus perfractis, Jesu tamen, quum jam obiisset, nequaquam crura fregerunt, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, unde sanguis manavit et aqua, Matre penitus dolore confecta. Post haec Joseph Arimathaeus cum Nicodemo obtentum a Pilato defuncti corpus deponentes de cruce, defletumque cum Matre ac mulieribus, optimisque unguentis delibutum sepelientes, tandem Hierosolymam revertunt.

Aen.9.v.503.	Ut tuba terribilis sonitum dat rauca cruentum	*Aen.11.v.474.*
Aen.6.v.624.	Ausi omnes * immane nefas, ausoque potiti	*ibid.*
Aen.7.v.509.	Quatrifidam quercum decisis undique ramis,	*Aen.11.v.5.*
Aen.8.v.498.	Signaq; ferre jubent victorisq; arma Quirini.	*Geor.3.v.27.*
Aen.9.v.364.	Hanc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat	*ibid.*
Aen.7.v.710.	Christi Amiterna cohors; gemuit sub pondere corpus,	*Aen.6.v.413.*
Geor.3.v.524.	Ad terramque fluit devexo pondere cervix.	*ibid.*
Aen.1.v.37.	Tantae molis erat antiquo robore quercus	*Geor.3.v.332.*
Aen.7.v.519.	Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum	*ibid.*
Aen.7.v.520.	Dira dedit, raptis concurrunt undiq; telis,	*ibid.*
Aen.11.v.622.	Clamorem tollunt, totâque ex urbe ruentes	*Aen.4.v.401.*
Aen.4.v.410.	Prospiceres arce ex summa populumque Patresq;	*Aen.9.v.192.*
Aen.7.v.624.	Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis	*ibid.*
seq.	Pulverulentus equis: densis seges horruit hastis,	*Geor.2.v.142.*
Aen.11.v.192.	It coelo clamorque virûm clangorque tubarum.	*ibid.*
Geor.2.v.472.	At patiens pulchra pro libertate suorum	*Aen.6.v.821.*

ADNOTATIONES.

* (*Ausi omnes etc.*) Idest Sacerdotes, Scribae et Pharisaei, qui de Jesu perdendo primi cogitarunt, tantumque scelus auctoritate sua nedum adorti, sed et impiissimis machinationibus ad finem sunt usque prosequuti.

Aen.6. v.8[illegible].	Ad poenam Christus miro properabat amore : *	*Aen.7. v.57.*
Geor.3. v.347.	Injusto sub fasce ** viam dum carpit , eunti	*Aen.5. v.607.*
Aen.5. v.432.	Genua labant , fessos quatit aeger anhelitus artus ,	*Aen.9. v.814.*
Aen.11. v.646.	Funditur ater ubiq; cruor , dant vulnera vepres	*Geor.1. v.271.*
Aen.9. v.810.	Discussi capiti : illi instant verbere torto ,	*Geor.3. v.106.*
Aen.4. v.407.	Castigantq; moras , cursuque ictuque lacessunt.	*Aen.7. v.165.*
Aen.8. v.585.	Jamque adeo exierant portis ; vix ossibus haerens	*Ecl.3. v.102.*
Aen.5. v.447.	Ipse gravis , graviterque ad terram pondere vasto	*ibid.*
seq.	Concidit , ut quondam cava concidit aut Erymantho,	*ibid.*
seq.	Aut Ida in magna radicibus eruta pinus ,	*ibid.*
Aen.10. v.736.	Hic super abjectum posito pede nixus et hastâ	*ibid.*
Aen.11. v.524.	Urget utrimq, latus Mezentius acer ; at illi	*Aen.10. v.897.*
Aen.6. v.490.	Ut videre Virum expirantem atq; extrema gementem	*Aen.11. v.865.*
Aen.5. v.378.	Quaerunt huic alium , nec quisquam ex agmine tanto,	*ibid.*
Aen.2. v.75.	Qui ferat annosam valido cum robore quercum ,	*Aen.4. v.441.*
Aen.2. v.34.	Sive dolo , seu jam Gentis sic fata ferebant ***	*ibid.*
Ecl.7. v.1.	Forte sub arguta consederat ilice Simon	*ibid.*
Aen.10. v.720.	Cyrenaeus homo , Solymis cui pauca relicti	*Geor.4. v.127.*
seq.	Jugera ruris erant : vis hunc dare terga subegit ,	*ibid. v.85.*

ANNOTATIONES.

* (*Miro amore*) Vere enim admiranda charitas Christi fuit, qui pro nobis impiis atque inimicis suis teterrimam mortem oppetiit, in quo maxime charitas commendatur secundum Apost. ad Rom. c. 5. v. 6. et seqq., quod ita eleganter ac solide ostendit: *Vix pro justo quis moritur ; et pro bono forsitan quis audeat mori : Christus vero pro impiis mortuus est , et quum adhuc inimici essemus.* Ergo supremum amoris gradum et maxime admirabilem pro nobis ad crucem properando Christus attigit.

** (*Injusto sub fasce*) Tum quia reus non erat , ut juste cruci ferendae subjiceretur , tum quia crux ipsa immanis admodum erat et ponderosa.

*** (*Seu jam Gentis sic fata ferebant*) Observant Ecclesiae Patres non sine magno mysterio contigisse , ut nullus ex tanto Judaeorum numero inventus fuerit , qui cruci ferendae post Christum se praeberet , unde Cyrenaeum Paganum hominem quaeri oportuerit ; eo namque facto significabatur fore , ut jugum Legis Christi in Cruce figuratum , quod Judaei superbe repulerant , a Gentilibus ad Christum conversis submisse ferretur. Congruit quoque huic interpretationi ethymon nominis Cyrenaei , quod sedulo Patres notant. *Simon* quippe *obediens* interpretatur. Consule D. Thom. in Caten. ad cap. 27. Matth.

Aen.2.v.723.	Successitq; oneri, sequiturq; haud passibus aequis. *	ibid. & seq.
Aen.12.v.131.	Tum studio effusae matres, quae maxima turba,	Aen.6.v.611.
Aen.6.v.476.	Prosequitur lacrymans Dominum, et miseratur euntem.	ibid.
Aen.4.v.667.	Lamentis, gemituque, et foemineo ululatu	ibid.
Geor.4.v.5?.	Saxa sonant, gemitu Christus quum talia reddit:	Aen.2.v.323.
Ecl.3.v.74.	Quid prodest pro me tantum coepisse timorem?	Aen.6.v.352.
Geor.1.v.480.	Et moestum longas in fletum ducere voces?	Aen.4.v.463.
Aen.6.v.39.	Praestiterit Solymae occasum tristesque ruinas	Aen.1.v.242.
Geor.4.v.509.	Flevisse et natos, et qui nascentur ab illis,	Aen.5.v.98.
Aen.2.v.139.	Quos tunc Romani ad poenas ob nostra reposcent.	ibid.
Aen.10.v.46.	Excidia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.	Aen.2.v.160.
Aen.10.v.287.	Interea horrentes rupes, montemque severum	Aen.7.v.713.
Aen.6.v.277.	Terribiles visu, multorumque ossibus albos **	Aen.5.v.865.
Aen.6.v.638.	Devenere locos, truncisque affixa superbis	Aen.8.v.196.
Geor.3.v.565.	Membra virûm tristi pendebant pallida tabo.	Aen.8.v.197.
Aen.1.v.751.	Ingeminant plausus Proceres, turbaeque sequentes	ibid.
Aen.3.v.672.	Clamorem immensum tollunt, quo protinus omne	Aen.7.v.514.
seq.	Contremuit nemus, et sylvae intonuere profundae,	ibid.
ibid.v.518.	Et trepidae matres pressere ad pectora natos.	ibid.
Aen.11.v.139.	Et jam fama volans tanti praenuncia luctûs,	ibid.
Aen.4.v.174.	Fama malum, quo non aliud velocius ullum,	ibid.
Aen.4.v.181.	Monstrum horrendum ingens maternas impulit aures.	Geor.4.v.349.
Aen.4.v.1.	At Regina gravi *** jamdudum saucia cura,	ibid.
Ecl.3.v.56.	Et nunc indigno Nati concussa dolore	Aen.12.v.411.
Aen.12.v.155.	Terque quaterque manu pectus percussit honestum,	ibid.
Aen.4.v.76.	Incipit effari, mediaque in voce resistit:	ibid.

ADNOTATIONES

* (*Sequiturque haud passibus aequis*) Idest titubans, et inaequales figens gressus prae gravissimo crucis pondere.

** (*Multorumque ossibus albos*) Erat enim Golgotha locus suppliciorum Syriace ita dictus quasi mons calvariarum, quia ibi damnatorum calvariae post supplicia stipitibus ad terrorem erigebantur infixae. Vid. Alap. hic.

*** (*At Regina gravi etc.*) Dudum enim divinae Matri doloris gladium praedixerat Simeon, et ipsa conservabat omnia verba illius conferens in corde suo. Luc. 2.

Aen.11.v.805. Concurrunt trepidae comites Dominamq; dolentem *Aen.4.v.398.*
Aen.11.v.806. Suscipiunt, resonant late plangoribus aedes. *Aen.12.v.607.*
Geor.3.v.84. Stare loco nescit succensum pectus amore: *Aen.3.v.298.*
Aen.4.v.130. It portis non illa virûm, non illa pericli * *Aen.9.v.479.*
seq. Telorumq; memor, secumq; ita corde volutat. *Aen.4.v.533.*
Aen.9.v.199. Me ne igitur sociam summis adjungere rebus *ibid.*
Aen.4.v.678. Sprevisti moriens sub tanta pericula missus *Aen.9.v.483.*
Aen.4.v.516. Et matri praereptus amor? ** Tune illa senectae *Aen.9.v.481.*
seq. Sera meae requies, potuisti linquere solam? *ibid.*
Ecl.3.v.100. Eheu cui Genitrix quondam tua dicta relinquor? *Aen.2.v.678.*
Aen.11.v.149. Sed venio, nec Nate Tibi comes ire recuso; *Aen.2.v.704.*
Aen.12.v.61. Qui te cumque manent *** isto certamine casus *ibid.*
seq. Et me Nate manent: eadem me ad fata vocasses, **** *Aen.4.v.678.*
seq. Idem ambos ferro dolor, atq; eadem hora tulisset. *ibid.*
Aen.2.v.650. Talia perstabat memorans, gressumq; ferebat, *Aen.11.v.99.*
Aen.3.v.29. Et terram Nati monstrantem vulnera cernit. *Aen.6.v.446.*
Aen.4.v.408. Quis tibi tunc Virgo cernenti talia sensus? *ibid.*
seq. Quosve dabas gemitus? magna ter voce vocavit *Aen.10.v.873.*
Aen.2.v.663. Natum ante ora Patris, magnumq; ita ad aethera fatur: *Aen.10.v.459.*
Aen.7.v.360. O Genitor moveat tantae pietatis imago; *Aen.6.v.405.*
Aen.7.v.545. En perfecta Tibi Summo promissa Parenti: *Aen.8.v.531.*
Aen.10.v.532. Gnatis parce tuis: ***** haec prima piacula sunto. *Aen.6.v.153.*

ADNOTATIONES.

* (*Non illa virûm non illa pericli etc.*) Perfecta quippe charitas (qualis erat B. Virginis) foras mittebat timorem, ut ait Apost.

** (*Et Matri praereptus amor*) Quia in flore juventutis a consortio Matris abscissus.

*** (*Qui te cumq; manent etc.*) Secundum Simeonis prophetiam: *Et tuam Ipsius animam pertransibit gladius*; idest gladius Ipsius Filii, de quo ante prophetaverat Simeon, gladius, quo Filii caro vulneranda erat, per Matris quoque foret animam transiturus.

**** (*Eadem me ad fata vocasses*) Dei Genitrix non fuerat ad mortem violentam praedestinata, sed animo parata erat, imo vehementer ardebat eam fortiter ferre si ad illam divino consilio vocaretur.

***** (*Gnatis parce tuis*) Homines, qui Christi fratres per Incarnationem esse jam coeperant, fusoque divino sanguine jam jam peccatorum maculis emundabantur, non absurde filii Dei adpellari tunc poterant non solo Creationis, sed et Redemtionis titulo.

Aen.4.v.437.	Talibus orabat lacrymas per singula fundens.	*Aen.3.v.344.*
Aen.11.v.422.	Corripuere viam interea, qua semita monstrat,	*ibid.*
Aen.12.v.691.	Sanguine terra madebat ubi tunc plurima fuso.	*ibid.v.690.*
Aen.1.v.423.	Jamque adscendebant collem, qui plurimus urbi	*ibid.*
seq.	Imminet, adversasque adspectat desuper arces:	*ibid.*
Aen.9.v.394.	Audit equos, audit strepitus, turbamq; sonantem,	*Aen.6.v.753.*
Aen.2.v.299.	Et magis atq; magis fragor ingens aethera complet,	*Aen.12.v.724.*
Aen.2.v.301.	Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror.	*ibid.*
Aen.4.v.265.	Continuo invadit gelidusq; per ima cucurrit	*Aen.12.v.447.*
seq.	Ossa tremor, steteruntq; comae, et vox faucibus haesit.	*Aen.2.v.774.*
Aen.2.v.534.	Non tamen abstinuit: neq; enim consistere matrem	*Aen.1.v.647.*
Aen.1.v.648.	Passus amor, qua tela videt densissima tendit;	*Aen.9.v.555.*
Aen.6.v.688.	Vicit iter durum pietas, auditque videtque	*Aen.4.v.83.*
Ecl.6.v.47.	Ah! Virgo infelix digna atque indigna relatu.	*Aen.9.v.595.*
Aen.10.v.762.	At vero ut vidit corpus miserabile Nati,	*Ecl.5.v.22.*
Aen.10.v.465.	Corde premit gemitum; stetit acri fixa dolore,	*Aen.7.v.291.*
Aen.4.v.68.	Uritur, et tacitum vivit sub pectore vulnus.	*ibid.v.67.*
Aen.5.v.835.	Jamq; fere medio sol aspiciebat Olympo	*Aen.7.v.218.*
Aen.3.v.651.	Omnia collustrans hominumq; boumq; labores.	*Geor.1.v.118.*
Aen.4.v.383.	Supplicia hausurum tela undique saeva premebant,	*Aen.11.v.545.*
Geor.4.v.442.	Horribilesq; feriq; paresq; aetate ministri:	*Aen.1.v.709.*
Aen.1.v.216.	Pars magnos membrorum artus, magna ossa lacertosq;	*Aen.5.v.422.*
seq.	Exuit: illi atro liquuntur sanguine guttae,	*Aen.3.v.28.*
Aen.5.v.517.	Decidit, exanimisq; * suo se in sanguine versat.	*Aen.11.v.669.*
Geor.4.v.505.	Quo fletu Mater, quave agmina voce moveret?	*ibid.*
Geor.4.v.470.	Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda?	*ibid.*
Aen.3.v.214.	Tristius haud monstrum stygiis sese extulit undis.	*Aen.3.v.215.*
Aen.11.v.459.	Imo ait, o vos o potius miserescite venti,	*Aen.10.v.676.*

Annotationes.

* (*Decidit exanimisque etc.*) Nihil de hoc in Evangelio, neque enim omnia scripta sunt, sed valde est verosimile, et circumstantiis congruentissimum, quod sequuntur poetae.

Aen.5.v.135. Nudatosq; humeros, nudoq; sub aetheris axe, *Aen.2.v.512.*
Aen.2.v.278. Vulneraq; illa ah! ne penetrabile frigus adurat. *Geor.1.v.93.*
Geor.2.v.14. Pars autem posito * ingenti subiere feretro *Aen.6.v.222.*
Geor.2.v.360. Viribus enixi, coeloq; educere certant. *Aen.6.v.178.*
Aen.12.v.930. Ille humilis supplexq; oculos ad sidera coeli *Geor.2.v.1.*
Aen.5.v.695. (Ardua dum penitus terrae defigitur arbos) *Geor.2.v.290.*
Aen.2.v.688. Extulit, effuditque preces Rex pectore ab imo: *Aen.6.v.55.*
Aen.7.v.360. O Genitor praesens nostro succurre labori, *Aen.9.v.404.*
Aen.2.v.728. Et me qui tales voluisti expendere poenas *Aen.10.v.689.*
Aen.1.v.45. Unius ob noxam, junctamq; ** ab origine gentem *Geor.3.v.473.*
Aen.6.v.742. Infectam, hoc nostris aboleri dedecus armis *Aen.11.v.789.*
Aen.4.v.639. Perfice, et hic nostro dirimatur sanguine bellum; *Aen.12.v.79.*
Geor.4.v.24. Obviaq; excipiat coeli indulgentia terras. *Geor.2.v.345.*
Aen.6.v.788. Huc geminas huc flecte acies, hanc adspice mortem *Aen.9.v.401.*
Aen.10.v.18. O Pater, et pacem hanc aeterno foedere jungas. *Aen.11.v.356.*
Aen.3.v.261. Sed Dominum precibus cunctantem, et multa parantem *Aen.4.v.390.*
Aen.10.v.555. Dicere deturbat terrae, truncoque parato *ibid. v.654.*
Aen.12.v.171. Attulit, admovitque Gias Calchante ministro. *Aen.2.v.100.*
Aen.7.v.68. Continuo socium virtus coit omnis in unum, *Aen.10.v.410.*
Aen.5.v.227. (Tum vero ingeminat clamor) tractumq; catenis *Aen.6.v.558.*
Aen.2.v.84. Insontem Dominum malo suspendit ab alto. *Aen.5.v.489.*
Aen.3.v.498. Quae mundum fecere manus, et fulmina torquent, *Aen.4.v.208.*
Aen.5.v.67. Quiq; pedes *** celeres nec tingunt aequore plantas, *Aen.7.v.811.*
Aen.10.v.74. Indignum! eheu nunc telis terebrantur acutis! *Aen.3.v.635.*

Annotationes.

* (*Pars autem posito etc.*) Communis fere hodie illorum opinio, qui crucem prius erectam, deinde vero Dominum in ea suffixum autumant, quam hic sequitur auctor.

** (*Unius ob noxiam junctamq; etc.*) Adami scilicet Patris orbis terrarum maximi, in quo peccante omnes peccavimus, veluti genus illi ab origine juncta, quum in lumbis ejus contineremur.

*** (*Quique pedes etc.*) Jesus quidem super maris undas sicco ambulabat vestigio, itinere liquido, ut ajebat eleganter Chrisologus, solidum gressibus ejus obsequium praebente. Vid. Matth. cap. 14., et Chrisol. serm. 50.

Aen.2.v.494. Fit via vi: largusque cruor de stipite manat *Aen.3.v.43.*
Aen.10.v.677. In rupes in saxa cruor: quis talia fando *Aen.2.v.6.*
Aen.2.v.8. Temperet a lacrymis? Et jam pendebat ab alto *Aen.5.v.511.*
Aen.9.v.544. Transfossus ligno summi Regnator Olympi, *Aen.7.v.558.*
Aen.9.v.440. Quem circum glomerati hostes immania monstra *Aen.3.v.583.*
Aen.7.v.581. Insultant, * tremulisq; ululatibus aethera complent: *ibid. v.395.*
Aen.6.v.365. Eripe Te his invicte malis de robore duro *Aen.11.v.893.*
Aen.6.v.851. Descendens, factis moniti meliora sequemur; *Aen.3.v.188.*
Aen.2.v.309. Tum vero manifesta fides, et credere dignum est; *Geor.3.v.391.*
Aen.4.v.464. Multaq; praeterea, sed nubibus irrita donant. *Aen.9.v.313.*
Aen.12.v.752. Ille autem contra magno labefactus amore *Aen.4.v.395.*
Aen.3.v.599. Cum fletu precibusque has imo pectore voces: *Aen.11.v.377.*
Aen.10.v.18. O Pater, o hominum divûmque aeterna potestas *ibid.*
Aen.4.v.435. Extremam hanc oro veniam: miserere furentum, *Aen.11.v.838.*
Aen.12.v.421. Ignorant immane nefas, ** ausoque potitos *Aen.6.v.624.*
Geor.2.v.363. Parcendum, accipias animum, mentemq; benignam. *Aen.1.v.308.*
Aen.8.v.97. Sol medium coeli conscenderat igneus orbem: *ibid.*
Aen.11.v.379. Tunc exercentur poenis, *** veterumq; malorum *Aen.6.v.739.*
seq. Supplicia expendunt alii duo talia fures; *Ecl.3.v.15.*
Aen.8.v.547. Quorum de numero qui sese crimine dignum *Aen.10.v.668.*
Aen.5.v.56. (Haud equidem sine mente reor sine numine sancto) *Aen.8.v.72.*
Ecl.3.v.24. Ipse fatebatur, demissa est voce loquutus: *Aen.3.v.320.*
Aen.1.v.669. Nate Patris Summi, formaeque insigne Paternae **** *Aen.10.v.188.*

ADNOTATIONES.

* (*Insultant etc.*) Praeter Matthaeum et Marcum, hoc distinctius habet Lucas c. 23. *Et stabat populus spectans, et deridebant eam Principes cum eis dicentes: alios salvos fecit, seipsum salvum faciat, si hic est Christus Dei electus.*

** (*Ignorant immane nefas etc.*) Luc. 23. ibi: *Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.*

*** (*Tunc exercentur poenis etc.*) Jo. 19. *Crucifixerunt eum eo alios duos hinc, et hinc, medium autem Jesum.*

**** (*Formaeque insigne Paternae*) Juxta illud Paulli ad Hebr. 1. *Figura substantiae ejus* (Patris). Nec mirum si ita loquatur latro, cui dubitandum non est, Christum ipsum primaria fidei mysteria per interiorem inspirationem revelasse; sine fide enim impossibile fuisset ipsum placere Deo, ut indiscriminatim docet Apostolus.

Aen.6.v.502.	Cui tantum de Te licuit? quae caussa serenos	*Aen.2.v.285.*
seq.	Foedavit vultus? aut cur haec vulnera cerno?	*ibid.*
Ecl.8.v.43.	Nunc scio quid sit amor: miserantem incommoda nostra	*Aen.8.v.74.*
Ecl.8.v.47.	Sanctus amor docuit coelo descendere ab alto,	*Aen.8.v.423.*
Aen.10.v.866.	Jussa aliena pati, et pulchram per vulnera mortem.	*Geor.4.v.218.*
Ecl.10.v.69.	Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.	*ibid.*
Aen.1.v.670.	Ad Te confugio, et supplex Tua numina posco,	*ibid.*
Aen.4.v.336.	Sis memor Ipse mei * supera ut convexa revises,	*Aen.6.v.750.*
Aen.6.v.370.	Da dextram misero, et tecum me tolle per auras,	*ibid.v.82.*
Aen.6.v.371.	Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.	*ibid.*
Aen.10.v.621.	Cui Rex aetherei breviter sic fatur Olympi:	*ibid.*
Aen.12.v.833.	Do quod vis ** mecum pariter considere regnis.	*Aen.1.v.576.*
Aen.8.v.193.	Hic mentem patriae subiit pietatis imago,	*Aen.10.v.824.*
Aen.3.v.651.	Omnia collustrans *** ubi fessam aetate Parentem	*Aen.2.v.596.*
Aen.7.v.374.	Contra stare videt, figitque in Virgine vultus.	*Aen.12.v.70.*
Aen.8.v.35.	Tum sic affari, et curas his demere dictis.	*ibid.*
Aen.5.v.863.	Promissis Patris scis ipsa et scire fateris	*Aen.12.v.794.*
seq.	Deberi has leges, aeternaq; foedera certis:	*Geor.1.v.60.*
Aen.12.v.801.	Ne Te tantus edat tacitam dolor: Ecce Joannes,	*Aen.2.v.50.*
Aen.3.v.477.	Ecce Tibi, quo non superat mihi carior alter,	*Aen.12.v.639*
Aen.6.v.864.	Filius: hunc illi Rex aethernis altus honorem	*Aen.12.v.140.*
Aen.10.v.668.	Omnipotens Genitor pro virginitate sacravit. ****	*Aen.12.v.141.*
Aen.5.v.771.	Tum consanguineo ***** lacrymans comendat eandem;	*Aen.4.v.124.*

ANNOTATIONES.

* (*Sis memor ipse mei*) Luc. 23. *Memento mei dum veneris in regnum tuum.*

** (*Do quod vis etc.*) Luc. ibid. *Hodie mecum eris in Paradiso.*

*** (*Omnia collustrans etc.*) Jo. 19. ibid. *Quum vidisset ergo Jesus Matrem etc.*

**** (*Pro virginitate sacravit*) Ita ex Patribus habet Ecclesia in officio S. Jo: Apost. *Cui Christus in cruce Matrem Virginem virgini commendavit.*

***** (*Tum consanguineo etc.*) D. Joannem Evangelistam fuisse Christi Jesu consobrinum in quarto cognationis gradu fuse demonstrat Cornel. Alap. in Luc. cap. 3, ubi tabulam exponit Christi genealogiae pag. mihi 499. fuit namque Joannes filius Salomes uxoris

Aen.9.v.291. Hanc tu oro solare inopem et succurre relictae; *ibid.v.290.*
Aen.8.v.183. Perpetuo et Matris serva communis amorem. *Aen.2.v.789.*
Aen.1.v.318. Cui Mater lacrymis oculos suffusa nitentes, *ibid.v.232.*
Aen.12.v.47. Ut primum fari potuit, sic ore loquuta est. *Aen.1.v.618.*
Aen.5.v.724. Nate mihi vitâ, quam extrema per omnia duco, *Aen 3.v.315.*
Aen.5.v.725: Care magis, famae merito pars maxima nostrae, *Geor.2.v.40.*
Aen.2.v.274. Hei mihi qualis eras! quantum mutatus ab illo *ibid.*
Aen.10.v.363. Intulerat qui se * multis cum millibus Heros *Aen.5.v.289.*
Aen.5.v.774. Jerusalem tonsae foliis evinctus olivae! *ibid.*
Aen.2.v.101. Sed quid ego haec autem nequicquam grata revolvo? *ibid.*
Ecl.10.v.53. Malo pati, Tua si haec Genitrix per vulnera servor, ** *Aen.10.v.848*
Aen.3.v.661. Solamenque mali, non vitae gaudia quaero. *Aen.11.v.18[illegible]*
Aen.9.v.212. Te superesse velim, Tua vitâ dignior aetas, *ibid.*
Aen.10.v.507. O' dolor! atq; decus magnum rediture Parenti! *ibid.*
Aen.6.v.692. Quas ego per terras, et quanta per aequora vectum *ibid.*

A d n o t a t i o n e s.

Zebedaei patris Joannis; Salome vero filia Cleophae, iste vero filius Jacobi fratris B. Anniae Matris gloriosissimae semperque Virginis Mariae Genitricis Domini nostri Jesu Christi, ut ex subjecto schemate clarins adparebit.

Mathan stipes
- Annam
  - Mariam
    - Jesum
- Jacobum
  - Cleopham
    - Salomen
      - Joannem ex Zebedaeo.

* (*Intulerat qui se etc.*) Commemorat triumphalem Christi ingressum in Jerusalem inter festivas populi acclamationes per vias ramis palmarum olivarumque stratas.

** (*Tua per vulnera servor*) Mariam Dei genitricem Christi quoque Filii sui sanguine pretiosissimo fuisse redemtam nemo est qui diffiteatur: in eo tantum scholae discrepant, fueritne a peccato jam contracto redemta, ut caeteri hominum ea redemptione, quae consequens adpellatur, quia culpam consequitur, an redemtione alia nobiliori, quae dicitur antecedens, quod a peccato praeservet, et inesse peccatum impediat in subjecto redemto, quod quidem aliter infuisset, estque Angelorum electorum propria, qui per Christi sanguinem, ne cum rebellibus in peccatum laberentur, gratiam consequuti sunt. Hic vero, ne falcem in alienam messem misisse carpamur, obiter notare sufficiat, priori sententiae, Thomistis exceptis, ne unum quidem hodie Theologum suffragari, valde enim incongruum ac difforme visum est, quod Angelis ministris Domini fuit concessum, id Dei Genitrici, Angelorumque Dominae ac Reginae denegari potuisse.

*Aen.*6. *v.*357.	Prospexi ! quantis jactatum , Nate periclis !	*ibid. v.*693.
*Aen.*2. *v.*112.	Praecipue quum jam Rex asper et improbus irâ	*Aen.*9. *v.*62.
*Aen.*6. *v.*427.	Infantum ferro * demittit corpora mortì ,	*Aen.*10. *v.*662.
*Aen.*6. *v.*441.	Lugentes atque astra vocant crudelia matres.	*Ecl.*5. *v.*23.
*Aen.*2. *v.*664.	Hoc erat alme Parens , quod me per tela per hostes	*ibid.*
seq.	Eripis , ut Nati coram me cernere lethum ,	*ibid. v.*558.
*Aen.*11. *v.*845.	Non tamen ipsa atros siccarem veste cruores ?	*Aen.*4. *v.*687.
*Aen.*11. *v.*296.	Vix fari extremum miserae data copia Matri :	*Aen.*9. *v.*484.
*Aen.*11. *v.*166.	Debita erat demum nostrae sors ista senectae ?	*ibid. v.*165.
*Aen.*6. *v.*511.	Sed me fata mea , et scelus exitiale meorum	*Aen.*12. *v.*882.
*Aen.*6. *v.*512.	His mersere malis , Simeon quando omnia vere	*ibid v.*188.
seq.	Heu nimium de me Vates eà verba loquutus ,	*Aen.*8. *v.*404.
*Aen.*3. *v.*713.	Hos mihi praedixit luctus , saevosque dolores :	*Aen.*1. *v.*29.
*Aen.*11. *v.*53.	Infelix Nati funus crudele videbis :	*ibid.*
*Aen.*6. *v.*47.	Ah Virgo infelix ! nunc alte vulnus àdactum ; **	*Aen.*10 *v.*850.
Aen 9 *v.*139.	Iste dolor cordi capulo tenus abdidit ensem.	*Aen.*2. *v.*553.
*Aen.*11. *v.*58.	Praesidium quod jam miserae mihi deniq; restat ,	*Aen.*2. *v.*70.
*Aen.*11. *v.*177.	Quo vitam morer invisam Te , Nate , peremto ?	*ibid.*
*Aen.*9. *v.*205.	Est hic est animus lucis contemtor , et istam	*ibid.*
*Aen.*10. *v.*880.	Haud mortem horremus ; lethi discrimina parva :	*Aen.*9. *v.*143.
*Aen.*9. *v.*493.	Figite me , si qua est pietas , me absumite ferro :	*ibid. v.*494.
*Geor.*2. *v.*188.	Felicem pulchramq; petam per vulnera mortem.	*Geor.*4 *v.*218.
*Aen.*10. *v.*285.	Haec ait , et guttis humectat grandibus ora :	*Aen.*11. *v.*90.
*Geor.*4. *v.*356.	Stat lacrymans tamen, *** ac morientem nomine clamat.	*Aen.*4. *v.*674.

Annotationes.

* (*Infantum ferro etc.*) Tangit historiam Ss. Innocentium puerorum ab Herode crudelissime occisorum.

** (*Nunc alte vulnus adactum*) Idest iste dolor, qui ex contemplatione Filii morientis oritur, est omnium summus et maximus, ac veluti dolorum omnium cumulus, ut possit dici mortem Filii doloris gladium in materna viscera capulo tenus immersisse.

*** (*Stat lacrymans tamen*) Constantiam Matris Mariae pie stantis juxta Crucem Filii secundum communem totius Ecclesiae sensum modestus fletus non dedecebat, unde et flens in publicis precibus atque imaginibus repraesen-

Aen.11.v.852.	Tum vero horribili visu portenta sequuntur :	*ibid. v.271.*
Aen.4.v.607.	Sol medium * aetherio cursu trajecerat axem ,	*Aen.6.v.536.*
Geor.1.v.467.	Quum caput obscurâ nitidum ferrugine texit ,	*ibid.*
Aen.8.v.254.	Prospectum eripiens subito coelumq; diemq;	*Aen.1.v.92.*
Aen.11.v.187.	Conditur in tenebras altum caligine coelum ,	*ibid.*
Geor.1.v.467.	Impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.	*ibid.*
Aen.5.v.327.	Jamq; fere spatio extremo fortissimus Heros	*Aen.6.v.169.*
Aen.9.v.436.	Languescit moriens : lasso sed ubi ignea venis	*Geor.3.v.482.*
seq.	Omnibus acta sitis , demum petit ore cruento **	*Aen.10.v.489.*
Ecl.5.v.47.	Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo :	*ibid.*
Geor.2.v.129.	Miscueruntq; herbas *** et non innoxia vina	*Geor.3.v.364.*
Aen.4.v.454.	Horrendum dictu ! latices Ille Impiger hausit.	*Aen.1.v.742.*
Aen.4.v.519.	Testaturq; Deum , gemituq; haec addidit alto :	*Aen.11.v.95.*
Aen.11.v.258.	Supplicia, et scelerum **** poenas expendimus omnes.	*ibid.*
Aen.11.v.820.	Tum sic expirans superi Regnator Olympi	*Aen.2.v.779.*
Aen.3.v.672.	Clamorem immensum tollit , ***** quo protinus omnes	*Aen.9.v.149.*
Aen.1.v.94.	Intonuere poli : Sic me Pater Optime fessum	*Aen.3.v.710.*
seq.	Deseris ? heu quonam nostri Tibi cura recessit ?	*Aen.2.v.595.*

A D N O T A T I O N E S.

tatur ; neque obstat singularis D. Ambrosii sententia , qui exponens verba illa Evang. Jo.19. *Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus* , ait : *stantem lego , flentem non lego.* Siquidem duriuscula visa est hujusmodi sententia, Matrem piissimam nihil naturae concessisse , ne lacrimas quidem in dilectissimi Filii crudelissimo interitu ; nec silentium Joannis obstat, qui et ipse fatetur non omnia scripta esse, quae gesta sunt , quin et Joannis silentium totius Ecclesiae sensus supplet.

* (*Sol medium etc.*) Ita habet Luc. c. 23. *Erat autem fere hora sexta, et tenebrae factae sunt in universam terram usque in horam nonam , et obscuratus est sol.*

** (*Petit ore cruento*) Jo. cap. 19. *Dixit sitio* ; additur *ore cruento* , quia licet os Christi non legatur vulneratum, sanguis nihilominus ex capite spinis vulnerato incessanter depluens et oculos , et genas , et os teterrime cruentaverat , unde prophetae ita cruentatum praevidentes adspectum ejus in eo desiderarunt.

*** (*Miscueruntque herbas etc.*) Ne bis idem factum describi videretur , conjugitur hic simul vini myrrhati atque aceti propinatio, quae tamen ab Evangelistis probe distinguuntur , licet non pauci tum ex veteribus , tum ex recentioribus interpretibus eas confuderint. Vid. Alap. in cap. 27. Matt.

**** (*Supplicia et scelerum poenas etc.*) Respondet verbis illis Jo. 19. *consummatum est.*

***** (*Clamorem immensum tollit etc.*) Mar. 15. v. 34. *Et hora nona exclamavit Jesus voce magna : Deus meus , Deus meus , ut quid dereliquisti me ?*

*

*Aen.*6.*v*.59. Tot maria intravi duce Te : da tangere portus ; *Aen.*4.*v*.612.
*Aen.*4.*v*.621. Haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo. *ibid.*
*Aen.*2.*v*.707. Ergo age chare Pater perfectis ordine votis , *Aen.*3.*v*.548.
*Aen.*10.*v*.525. Te precor hanc animam serves * jam morte sub aegra, *Geor.*3.*v*.512.
*Aen.*9.*v*.437. Demisitque caput , ** factoque hic fine quievit. *Aen.*3.*v*.718.
*Aen.*9.*v*.430. Tantum infelices nimium dilexit amicos ! *ibid.*
*Aen.*8.*v*.81. Ecce autem subitum , atq; oculis mirabile monstrum: *ibid.*
*Aen.*8.*v*.262. Panditur *** extemplo foribus domus ampla reclusis *Aen.*3.*v*.92.
*Aen.*7.*v*.170. Templum augustum ingens, stridensq; Aquilone procella *Aen.*1.*v*.106.
seq. Velum adversa ferit fulgenti murice tinctum. *Aen.*9.*v*.614.
*Geor.*2.*v*.79. Finditur in solidum : detecta apparuit ingens *Aen.*8.*v*.241.
*Aen.*2.*v*.486. Et domus interior , tremulisque altaria flammis. *Ecl.*8.*v*.105.
*Aen.*6.*v*.426. Continuo auditae voces , **** vagitus et ingens *ibid.*
*Aen.*12.*v*.249 Agminis aligeri , qui adytis arisque relictis *Aen.*2.*v*.351.
*Aen.*2.*v*.351. Excessere omnes magno stridore per auras. *Geor.*1.*v*.407.
*Aen.*2.*v*.199. Hic aliud majus miseris , multoque tremendum *ibid.*
seq. Objicitur magis , atq; improvida pectora turbat. *ibid.*
*Aen.*9.*v*.709. Dat tellus gemitum , ***** tremere omnia visa repente, *Aen.*3.*v*.90.
*Aen.*6.*v*.256. Sub pedibus mugire solum , et juga coepta moveri; *ibid.*
*Geor.*4.*v*.481. Quin ipsae stupuere domus , atque intima Ditis *Aen.*12.*v*.199.
*Aen.*6.*v*.237. Spelunca alta ; fragor stagnis auditus Avernis ; *Geor.*4.*v*.493.
*Aen.*7.*v*.515. Contremuit , tenuitq; inhians tria Cerberus ora , *Geor.*4.*v*.483.
*Aen.*2.*v*.63. Undique disjectas moles , ****** avulsaque saxis *ibid.v*.608.

Adnotationes.

* (*Te precor hanc animam serves etc.*) Luc. 23. *Et clamans Jesus voce magna ait : Pater in manus tuas commendo spiritum meum.*

** (*Demisitque caput*) Jo. 19. *Et inclinato capite tradidit spiritum.*

*** (*Panditur etc.*) Ubi velum templi scissum in Vulgata legitur, quidam codices habent superliminare, hic vero ad utramque lectionem alluditur. Vid. Alap. Matth. 27.

**** (*Continuo auditae voces etc.*) Angelorum pacis amare fleutium , et templum deserentium ac Sinagogam , quorum custodiae praesidebant , ac per aerem vociferantium : *migremus hinc , migremus hinc.* Josephus de Bell. Jud. lib. 7. c. 12.

***** (*Dat tellus gemitum*) Matth. 27. *Et terra mota est.*

****** (*Undique disjectas moles etc.*) Matt. ib. *Et petrae scissae sunt.*

seq. Saxa vides: scopuli ingentem traxere ruinam. *Aen.8.v.192.*
Aen.7.v.1. Tu quoque littoribus nostris Cajeta * dedisti *ibid.v.2.*
Aen.10.v.310 Signa, stat abruptus magno mons improbus actu; *Aen.12.v.687.*
Aen.7.v.183. Multaq; praeterea disjectis oppida muris, *Aen.6.v.555.*
Aen.10.v.253. Turrigeraeq; urbes concusso vertice nutant. *Aen.2.v.629.*
Aen.2.v.27. Panduntur veterumque simul monumenta ** virorum, *Aen.8.v.356.*
Aen.2.v.364. Plurima perque vias *** imis excita sepulchris *Ecl.8.v.98.*
Aen.2.v.365. Corpora, perque domos antiquae ab origine gentis *Aen.1.v.646.*
Aen.12.v.849. Adparent, **** magnisque urbem terroribus implent. *Aen.11.v.448.*
Aen.2.v.369. Luctus ubique, pavor, et plurima mortis imago *ibid.*
Aen.4.v.210. Terrificant animos, mentes, stupefactaque corda, *Aen.5.v.643.*
Aen.1.v.95. Praesentemq; viris intentant omnia mortem. *ibid.*
Aen.5.v.529. Attonitis haesere animis: ***** stupet inscia turba: *Aen.7.v.381.*
Aen.11.v.37. Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt *ibid.*
seq. Pectoribus, moestoque immugit Golgotha luctu *ibid.*
Aen.1.v.523. Orantum veniam, et templum clamore petentum. *ibid.*
Aen.5.v.613. At procul ****** in sola secretae rupe sorores *Aen.6.v.548.*
Aen.6.v.827. Concordes animae nunc et dum nocte premuntur, *ibid.*
Geor.4.v.83. Ingentes animos angusto in pectore servant: *Geor.3.v.214.*
Geor.3.v.269. Illas duxit amor deserta per avia dulcis; *ibid.v.291.*
Ecl.10.v.45. Tela inter media, atque adversos detinet hostes: *ibid.*
Aen.1.v.485. Suppliciter tristes, animis, et pectore firmae *Aen.6.v.261.*
Geor.3.v.125. Quem legere Ducem non ipsa in morte relinquunt, *Aen.6.v.444.*

Adnotationes.

* (*Tu quoq; Cajeta etc.*) De traditione montis Christo moriente Cajetae in Campania scissi, vide saepe laudatum Alap. in cap. 27. Matth.

** (*Panduntur monumenta etc.*) Matth. ib. *Et monumenta aperta sunt.*

*** (*Plurima perque vias etc.*) Matth. ibid. *Et multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.*

**** (*Adparent*) Matth. ibid. *Et venerunt in sanctam Civitatem, et adparuerunt multis.*

***** (*Attonitis haesere animis etc.*) Luc. 23. *Omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant, quae fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.*

****** (*At procul etc.*) Luc. ibid. *Stabant autem noti ejus a longe, et mulieres, quae secutae eum fuerant a Galilaea haec videntes.* Quomodo autem Lucas cum Joanne sit concordandus, qui dicit juxta crucem stetisse mulieres, si quis fuerit curiosus, consulat Alapid. dictis locis.

Aen.10.v.842.	Flentes, et moestum lacrymis solantur amorem.	*ibid.v.191.*
Ecl.10.v.30.	Nec cythiso saturantur apes, nec rore cicadae,	*Ecl.5.v.77.*
Ecl.10.v.29.	Nec lacrymis sincerus amor, nec pectus amore.	*Aen.3.v.298.*
Aen.8.v.280.	Devexo interea propior fit Vesper Olympo:	*ibid.*
Geor.1.v.301.	Judaei inter se laeti convivia curant,	*ibid.*
Aen.1.v.728.	Crateras magnos statuunt et vina coronant.	*ibid.*
Aen.1.v.220.	Postquam exempta fames epulis, mensaeq; remotae,	*ibid.*
Aen.9.v.455.	Corpora seminecesq; * viros absumere letho	*Aen.3.v.654.*
Aen.4.v.118.	In montem ire parant; ubi primos crastinus ortus	*ibid.*
seq.	Extulerit Titan, tum corpora luce carentum	*Geor.4.v.255.*
Geor.1.v.270.	Relligio vetuit ** teretes circumdare truncos,	*Aen.6.v.207.*
Aen.6.v.391.	Corpora viva nefas. *** Hoc acer et arduus hastâ	*Aen.12.v.789.*
Aen.12.v.457.	Agmen agit Longinus equo, quem pellis ahenis	*Aen.11.v.770.*
seq.	In plumam squamis auro conserta tegebat.	*ibid.*
Aen.6.v.177.	Haud mora festinant: it clamor, et agmine facto	*Aen.8.v.595.*
seq.	Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.	*ibid.*
Aen.5.v.270.	Ut saevo e scopulo venientes conspicit hostes	*Aen.12.v.595.*
Aen.12.v.124.	Haud secus instructos ferro, quam si aspera martis	*ibid.*
seq.	Pugna vocet, perculsa nova formidine Mater	*Geor.4.v.357.*
Aen.5.v.90.	Obstupuit visu: non vultus, non color unus,	*Aen.6.v.47.*
seq.	Non comtae mansere comae: praesaga mali mens	*Aen.10.v.843.*
Aen.4.v.502.	Concipit, ac graviora timet, quam morte sub ipsa,	*Aen.12.v.811.*
Aen.8.v.522.	Multaque dura suo tristi cum corde volutat.	*Aen.6.v.185.*

Adnotationes.

* (*Corpora, seminecesque etc.*) Jo.19. *Judaei ergo, quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabatho, erat enim magnus dies ille Sabathi, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur.*

** (*Relligio vetuit etc.*) Praeceptum erat Lege veteri Deuter. 21. damnatorum cadavera eodem punitionis die sepeliri, et si esset Parasceve, ante solis occasum, ne incipiente post solis occasum festo die Sabathi remanerent insepulta. Alap. in Jo. cap. 19. v. 31.

*** (*Corpora viva nefas*) Pium est poenam damnatorum, qua fieri potest, contrahere; ergo ex adverso nefas est, atque impium illam protrahere, et hominem vivum in patibulo ad longius tempus servare.

Aen.12.v.451.	Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus	*ibid.*
seq.	It mare per medium, miseris heu praescia longe	*ibid.*
seq.	Horrescunt corda agricolis veniente fragore.	*Aen.7.v.587.*
Aen.9.v.219.	Illi autem circum glomerati hinc cominus atque hinc	*ibid. v.440.*
Aen.5.v.206.	Obnixi inter se magnâ vi brachia tollunt:	*Aen.8.v.452.*
Aen.9.v.811.	Ictus ingeminant hastis, et crura latronum *	*Geor.3.v.76.*
Geor.4.v.302.	Tunsa per integrum lethali vulnere rumpunt,	*Aen.9.v.580.*
Aen.3.v.29.	Et terram tabo maculant, nec segnius ambo	*Aen.12.v.525.*
Aen.11.v.883.	Confixi expirant animas, quos luce carentes	*Geor.4.v.472.*
Geor.3.v.104.	Corripuere, ruunt, et curva valle recondunt.	*Aen.2.v.748.*
Geor.3.v.303.	Ad medium, qui jam malo pendebat ab alto,	*Aen.5.v.511.*
Aen.6.v.163.	Ut venere, vident spoliatum lumine corpus:	*Aen.12.v.935.*
Aen.3.v.39.	Eloquar, an sileam? procul o procul este profani:	*Aen.6.v.258.*
Geor.4.v.495.	Quis tantus furor en iterum crudelia corda	*Aen.12.v.223.*
Aen.11.v.742.	Concitat, et stimulos acres sub pectora vertit?	*Aen.9.v.718.*
Aen.11.v.104.	Nullum cum victis certamen et aethere cassis;	*ibid.*
Geor.2.v.151.	Et rabidae tigres nec corpora luce carentum,	*Geor.4.v.255.*
Ecl.7.v.54.	Strata jacent nec quae passim mortalia tangunt.	*Aen.1.v.466.*
Aen.2.v.534.	Non tamen abstinuit Longinus: ** corripit hastam	*Aen.12.v.93.*
seq.	Actoris Arunci spolium, quassatq; trementem	*ibid.*
seq.	Vociferans: nunc o nunquam frustrata vocatus	*ibid.*
seq.	Hasta meos, nunc tempus adest, nec plura moratus	*Aen.5.v.381.*
Aen.10.v.579.	Irruit et ferrum adverso sub pectore condit	*Aen.12.v.950.*
Ecl.1.v.71.	Impius. Ingentem lato dedit ore fenestram ***	*Aen.2.v.482.*

Adnotationes.

* (*Crura latronum etc.*) Joan. 19. *Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura et alterius, qui crucifixus est cum eo; ad Jesum autem quum venissent non fregerunt ejus crura.*

** (*Longinus*) Hoc nomen militi lanceatori a Martyrologiis tribuitur.

*** (*Ingentem dedit fenestram etc.*) Joan. loc. cit. *Sed unus militum lancea latus ejus aperuit.* Audiatur August. Tract. 12. in Joan. *Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illud quodammodo vitae ostium panderetur, unde sacramenta manaverunt, sine quibus ad vitam, quae vera vita est, non intratur. etc.*

Aen.12.v.375. Lancea, virgineumque alte bibit acta cruorem. *Aen.11.v.804.*
Geor.4.v.548. Haud mora continuo * sequitur de vulnere sanguis, *Aen.12.v.51.*
Aen.10.v.487. Una eademque via secreti fluminis unda *Aen.3.v.389.*
Geor.3.v.433. Exsiliit tenui fugiens per gramina rivo. *Geor.4.v.19.*
Aen.5.v.172. Tum vero exarsit Matri dolor ossibus ingens, *ibid.*
Aen.6.v.686. Effusaeque genis lacrymae, sed vivida virtus *Aen.5.v.754.*
Aen.10.v.465. Corde premit gemitum, premit altum corde dolorem, *Aen.1.v.213.*
Aen.4.v.449. Mensq; immota manet, lacrymas dum lumina fundunt. *Geor.2.v.432.*
Aen.1.v.331. O quam Te memorem, Virgo, nam Tu quoq; magnam ** *Aen.6.v.30.*
seq. Partem opere in tanto nullo poscente ferebas, *Geor.1.v.128.*
Aen.3.v.98. Et Nati et nostro *** doluisti saepe dolore. *Aen.1.v.673.*
Aen.6.v.71. Te quoque magna manent praesentis praemia pugnae, *Aen.11.v.78.*
Aen.7.v.210. Aurea quum solio stellantis regia coeli *ibid.*
Aen.3.v.96. Accipiet, partoque ibis Regina triumpho! *Aen.2.v.578.*
Ecl.4.v.48. Aggredere o magnos (aderit jam tempus) honores, *ibid.*
ibid. Aggredere, et votis jam nunc adsuesce vocari. *Geor.1.v.42.*
Aen.3.v.508. Sol ruit interea, **** et montes umbrantur opaci: *ibid.*
Aen.12.v.649. Magnorum Joseph haud unquam indignus avorum *ibid.*
Aen.11.v.103. Redderet, ac tumulo sineret succedere corpus, *ibid.v.848.*
Aen.5.v.161. Rectorem alloquitur moerentem, ***** et talibus infit: *Aen.10.v.860.*

Adnotationes.

* (*Haud mora continuo etc.*) Jo. ibid. *Et continuo exivit sanguis, et aqua.*

** (*Tu quoque magnam etc.*) Mariam Dei Genitricem nostrae quoque redemtioni fuisse cooperatam, licet non ex necessitate, omnes fere Patres tenent, qui propterea Corredemtricem cum Christo humani generis illam adpellant. Audiatur prae caeteris Ambrosius cit. a D. Thom. in Caten. hic: *Aula regalis, idest Maria, putabat se aliquid publico addituram muneri, sed Jesus non egebat adjutore: suscepit quidem affectum Parentis, sed non quaesivit auxilium.*

*** (*Et Nati et nostro etc.*) Doluit siquidem de poenis Nati, et sortis quoque nostrae miserta est, ex hisce affectibus pugna et martyrium in corde B. Virginis.

**** (*Sol ruit interea etc.*) Marc. 15. *Et quum sero factum esset, venit Joseph ab Arimathaea, et audacter introivit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu.*

***** (*Rectorem alloquitur moerentem etc.*) Verosimillimum est, Pilatum tum injustae damnationis conscientiâ, tum misericordiae affectu pro tanti viri indignissima ac crudelissima occisione moerorem aliquem praesetulisse.

Aen.5.v.728.	Consiliis, et famâ ingens, ingentior armis	Aen.11.v.124.
Aen.11.v.508.	O decus Italiae supplex ad limina veni,	Aen.8.v.145.
Aen.4.v.337.	Pro re pauca loquar: vitam cum sanguine fudit	ibid.v.621.
Aen.4.v.4.	Gentis honos, formâ insignis, viridique juventa,	Aen.5.v.295.
Aen.2.v.83.	Quem Proceres falsa sub proditione revinctum	ibid.v.57.
Aen.2.v.85.	Demisere neci; nunc cassus lumine pendet.	Aen.3.v.661.
Geor.3.v.289.	Nec sum animi dubius, juvenem in certamine quanto	Aen.12.v.598.
Aen.10.v.33.	Juveris auxilio, sed jam sic fata ferebant;	Aen.2.v.34.
Geor.1.v.438.	Sol quoque signa dedit: solem quis dicere falsum	ibid.v.463.
Aen.4.v.284.	Audeat effatu? qui ne quid tale videret,	Aen.11.v.417.
Aen.1.v.378.	Ante diem clausum nocti se immiscuit atrae.	Aen.4.v.570.
Aen.11.v.49.	Et nunc ille quidem gelidum sine nomine corpus. *	Aen.2.v.558.
Aen.5.v.796.	Quod superest oro: da (non indebita posco)	Aen.6.v.66.
Aen.10.v.493.	Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est	ibid.
Aen.10.v.904.	Corpus humo patiare tegi, concede sepulchro;	ibid.v.906.
Aen.9.v.216.	Neu Matri miserae tanti sis caussa doloris.	ibid.
Aen.4.v.219.	Talibus orantem, lacrymis atque ora rigantem	Aen.9.v.251.
Aen.11.v.107.	Prosequitur veniâ et verbis haec insuper addit **	ibid.
Aen.8.v.638.	Romulides: Equidem et vivum concedere vellem,	Aen.11.v.111.
Aen.12.v.177.	Quem propter tantos potui perferre labores,	ibid.
Aen.1.v.14.	Insignem pietate virum: per sidera testor,	Aen.3.v.599.
seq.	Per superos, atque hoc coeli spirabile lumen.	ibid.
Aen.2.v.93.	Nam casum insontis mecum indignabar, in ipsis	Aen.10.v.515.

Adnotationes.

* (*Sine nomine corpus*) Idest sine gloria.

** (*Haec insuper addit etc.*) Suam sibi excusationem texit Pilatus, totam in Judaeos culpam rejiciens, quod aliquatenus cum Evangelica concordat historia: observatu siquidem digna est Evangelistarum omnium mirifica veluti conspiratio in Pilato, quâ licuit, excusando, ut vel sic Judaeorum injusta et nefanda crudelitas Pagani hominis aequitati ac misericordiae opposita, magis magisque innotesceret. Quod acute perspiciens Augustinus sic disserit in expositione Psal. 63. *Quod fecit Pilatus in eo ipso, quod fecit, aliquantum delicti particeps fuit, sed in comparatione illorum multo ipse innocentior; institit enim quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret* (scil. Judaeorum), cum seqq., ubi in fine concludit: *Fecit tamen: sed si reus, quia fecit vel invitus; illi innocentes, qui coegerunt, ut faceret? nullo modo.*

seq. Omnia sunt oculis: animum, mentemq; benignam *Aen.1.v.308.*
Aen.12.v.814. Suasi, et pro vita majora audere paratus *ibid.v.58.*
Aen.7.v.309. Quae potui, infelix qui memet in omnia verti! *ibid.*
Aen.11.v.213. Jam vero in tectis coram data copia fandi: *ibid.v.248.*
Aen.4.v.11. Quem se se ore tulit! quam forti pectore! virtus, *Aen.5.v.344.*
Aen.4.v.3. Multa viri virtus animo, multusque recursat *ibid.*
Aen.4.v.4. Gentis honos: neq; enim credo sine numine divum *Aen.6.v.368.*
Aen.4.v.191. Venisse everso hunc Juvenem succurrere saeclo. *Geor.1.v.500.*
Aen.1.v.71. Gens inimica tamen subito turbante tumultu, *Aen.9.v.397.*
Aen.8.v.484. Effera (dii capiti ipsius generique reservent) * *ibid.*
Aen.2.v.769. Implevit clamore vias, caecoque furore *ibid.v.244.*
Aen.10.v.319. Dejecit letho: nihil o mihi amice relictum est, *Aen.6.v.509.*
Aen.4.v.660. Sed nil invitis fas quemquam fidere divis. *Aen.2.v.402.*
Aen.5.v.812. Nunc quoque mens eadem perstat mihi: caede peremtum *Aen.9.v.453.*
Aen.6.v.885. His saltem accumulem donis ** et mortis honore. *ibid.v.333.*
Aen.5.v.462. Vade age et ingentem factis *** concede sepulchro. *Aen.10.v.906.*
Aen.1.v.62. Ante pererratis amborum finibus exsul *ibid.*
seq. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, *ibid.*
seq. Quam nostro illius labatur pectore vultus. *ibid.*
Geor.3.v.318. Ergo omni studio cursu **** petit ardua montis, *Aen.8.v.221.*
Aen.11.v.30. Corpus ubi exanimum malo pendebat ab alto, *Aen.5.v.511.*
Aen.6.v.159. It comes, et paribus curis vestigia figit *ibid.*
Aen.7.v.56. Nicodemus avis, atavisque insignis et armis, *Aen.6.v.403.*

Adnotationes.

* (*Dii capiti ipsius generique reservent*) Repetit ethnico more imprecationem in Judaeos, quam in se ipsi protulerant.

** (*His saltem accumulem donis etc.*) Quam Matthaeus redditionem corporis, Joannes permissionem sepulturae, Marcus donationem corporis adpellat cap. 15.; ibi. *Donavit corpus Joseph.*

*** (*Ingentem factis*) Virtus namque Christi miracula patrandi Pilato quoque constabat; id patet ex eo quod subdit Marc. eodem c. 15. *Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset;* unde Centurionem accersivit ad id certius dignoscendum, tantam de Christi virtute habebat opinionem.

**** (*Ergo omni studio etc.*) Jo. 19. *Venit ergo Joseph . . . venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte.* Erat quippe discipulus Jesu licet occultus.

Aen.5.v.705.	Quem docuit Christus cari praecepta Parentis ,	*ibid.v.741.*
Aen.11.v.291.	Ambo animis , ambo insignes pietate , quid ultra ?	*Aen.3.v.480.*
Aen.9.v.446.	Fortunati ambo : si quid mea carmina possunt ,	*ibid.*
seq.	Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.	*ibid.*
Aen.11.v.64.	Haud segnes alii crates , et molle feretrum	*ibid.*
seq.	Arbuteis texunt virgis , et vimine querno ,	*ibid.*
seq.	Extructosque thoros obtentu frondis inumbrant.	*ibid.*
Aen.12.v.395.	Illi ast depositum * trunci de robore duro	*Aen.8.v.315.*
Aen.11.v.67.	Hic Juvenem agresti sublimem in stramine ponunt ,	*ibid.*
seq.	Qualem virgineo demessum pollice florem	*ibid.*
seq.	Seu mollis violae seu languentis hyacinthi	*ibid.*
Ecl.2.v.13.	Sole sub ardenti cui jam sua forma recessit.	*Aen.11.v.70.*
Aen.11.v.191.	Spargitur et tellus lacrymis , sparguntur et ipsae	*Geor.2.v.10.*
Geor.1.v.95.	Vimineae crates , Christique hic cara sororum	*Aen.11.v.215.*
seq.	Pectora moerentum multo gemitu lacrymisque	*Aen.10.v.505.*
Geor.4.v.461.	Implerunt montes : it tristis ad aethera clamor.	*Aen.12.v.409.*
Aen.12.v.282.	Sic omnes amor unus habet , solatia luctus	*Aen.11.v.62.*
seq.	Exigua ingentis , Domino , sed debita tanto.	*Aen.12.v.72.*
Aen.11.v.39.	Ipsa caput spinis fultum , pallentis et ora	*ibid.*
Aen.10.v.822.	Ora modis Virgo Mater pallentia miris .	*ibid.*
Aen.11.v.40.	Ut vidit , laeviquè patens in pectore vulnus	*ibid.*
seq.	Cuspidis Ausoniae , ** niveis tunc Diva lacertis	*Aen.8.v.387.*
Aen.10.v.438.	Mox complexa sui corpus miserabile Nati ,	*Ecl.5.v.22.*
Aen.11.v.150.	Procumbit super, atque haeret lacrymansq; gemensq;	*ibid.*
seq.	Et via vix tandem voci laxata dolore est.	*ibid.*
Aen.9.v.481.	Hunc ego Te Nate adspicio ? Tune ille decorus	*Aen.2.v.592.*
Aen.3.v.591.	Ignoti en nova forma viri , *** miserandaque visu !	*Aen.1.v.115.*

Adnotationes.

* (*Illi ast depositum etc.*) Idest Joseph , et Nicodemus , de quibus Jo.19. ait : *Acceperunt ergo corpus Jesu.*

** (*Cuspidis Ausoniae*) Idest Italicae , Itali enim milites erant , ut paullo ante notatum est.

*** (*Ignoti en nova forma vi*[illegible]*c.*) Juxta illud propheticum Isa. 53. [illegible]*n est species ei . . . . et vidimus eum* [illegible]*t non erat adspectus ; unde* [illegible] *reputavimus eum . . . .* [illegible] *et putavimus eum quasi leprosum.*

*

Aen.6.v.501.	Quis tam crudeles optavit sumere poenas?	Ibid.
Aen.6.v.458.	Funeris heu Tibi caussa fui, quo tempore primum	Geor.1.v.61.
Aen.9.v.89.	Laeta dedi teneris immulgens ubera labris.	Aen.11.v.572.
Aen.4.v.169.	Ille dies primus lethi primusque laborum.	Aen.2.v.143.
Aen.11.v.159.	Felix morte tua, * neque in hunc servate dolorem	ibid.
Ecl.5.v.44.	Formosi Pueri Custos sanctissime Conjux:	Aen.11.v.158.
Aen.11.v.160.	Contra ego vivendo vici mea fata, superstes	ibid.
seq.	Restarem ut Genitrix, procul et de rupe viderem	Ecl.1.v.77.
Aen.2.v.562.	Vitam exhalantem crudeli funere Natum.	Ecl.5.v.20.
Aen.1.v.464.	Quae regio in terris nostri monimenta doloris	Aen.12.v.945.
Aen.7.v.131.	Quae loca, quive habeant homines? par en erit unquam	Ecl.8.v.7.
Aen.6.v.383.	Corde dolor tristi, ** capitisque injuria cari?	Aen.4.v.354.
Aen.11.v.841.	Heu nimium, Fili, nimium crudele luisti	ibid.
seq.	Supplicium! hoc melior Magno data victima Patri.	Aen.12.v.296.
Aen.9.v.140.	Sed periisse semel satis est Gnatoque Patrique.	Aen.11.v.178.
Aen.11.v.15.	Quod superest (atq; hoc precibus sine posse Parentem)	Aen.9.v.90.
Aen.12.v.777.	Nate precor, Gentes **** aeterna in foedera mitti;	ibid. v.191.
Aen.2.v.278.	Vulneraque ista gerens Patri objicienda memento,	Ecl.3.v.7.
Geor.1.v.28.	Accipiat quo tandem animum mentemq; benignam,	Aen.1.v.308.
Aen.2.v.116.	Sanguine det veniam miseris irasque remittat.	Geor.4.v.536.
Aen.6.v.834.	Tuque prior, Tu parce, genus qui ducis Olympo,	ibid.
seq.	Projice tela manu Sanguis meus. ***** Haec ubi dicta	Aen.1.v.85.

Adnotationes.

* (*Felix morta tue etc.*) Apostrophe B. Virginis ad defunctum B. Joseph conjugem suum, Dominique Nutritium, dixi defunctum secundum communem SS. Patrum opinionem, cui Ecclesia in suis publicis precibus adstipulatur, Vide Pseudo-Cypriani singulari opinione.

** Lap. Comm. in Jo. cap. 19.

(*Quae regio in terris etc.*) Juxta illud: *Attendite videte si est dolor similis sicut dolor meus.*

*** (*Satis est Gnatoque, Patrique etc.*) Satis est Filio ad redemptionem hominum etiam copiosam, sufficeisset enim lacrymula Christi ad redimendum genus humanum; satis etiam fuit Deo Patri mors Christi acerbissima, qui pro nobis Sponsor extitit fidelissimus, ad justam vindictam, et divinae offensae satisfactionem.

**** (*Nate precor, Gentes etc.*) Idest Gentiles admitti ad novi aeternique Testamenti salutisque per Christum partae consortium.

***** (*Sanguis meus*) Vero Jesus sanguis Mariae erat, qui ex ea sine viri opera carnem sumserat, divina Spiritus Sancti virtute ex purissimo Virginis sanguine efformatus.

Aen.12.v.912. Deficiunt vires, * nec vox, nec verba sequuntur. ibid.
Aen.9.v.498. Hoc fletu concussi animi; moestusque per omnes ibid.
Aen.5.v.451. Clamor it, amplexique tenent, atque oscula figunt; Aen.2.490.
Aen.6.v.176. Praecipue genua amplectens genibusque volutans Aen.3.v.607.
Aen.8.v.559. Haeret inexpletum lacrymans dilecta Sororum, ** Aen.4.v.31.
Aen.4.v.395. Multa gemens, magno quoniam spoliata Magistro. Aen.5.v.224.
Aen.6.v.538. Sed Comes admonuit, *** dulcique affatus amore est. ibid.v.455.
Ecl.10.v.28. Ecquis erit modus his? nos flendo ducimus horas: Aen.6.v.539.
Geor.3.v.284. Sed fugit interea fugit irreparabile tempus: ibid.
Aen.9.v.156. Nunc adeo quoniam vesper processit Olympo, . . Ecl.6.v.86.
Aen.8.v.369. Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis, ibid.
Aen.12.v.156. Non lacrymis hoc tempus, ait, satis una superque Aen.2.v.642.
seq. Vidimus excidia, et quod jam nunc instat agamus. Ecl.9.v.66.
Aen.9.v.806. Ergo relliquias, divinique ossa Parentis Aen.5.v.47.
seq. Condamus terrâ, quod rebus restat egenis, Aen.10.v.367.
Aen.7.v.692. Quod neq; fas festis cuiquam exercere diebus. Geor.1.v.268.
Aen.10.v.19. Namque aliud quid sit, quod jam implorare queamus? ibid.
Aen.12.v.29. Victus amore hominum, **** cognato sanguine victus ibid.
Aen.10.v.849. Morte sua Christus superi Regnator Olympi Aen.2.v.779.
Aen.6.v.746. Concretam exemit labem, ***** purumque reliquit ibid.
seq. Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem, ibid.
Aen.12.v.851. Et lethum horrificum ****** sub tristia tartara misit. Aen.4.v.243.

ANNOTATIONES.

* (*Deficiunt vires etc.*) Liquefacto corde prae doloris magnitudine, ac voce eâdem de caussa pariter suffocatâ.

** (*Dilecta Sororum etc.*) Idest Maria Magdalena merito multum a Christo dilecta, quia ipsum dilexit multum.

*** (*Sed comes admonuit etc.*) Idest Joannes fidissimus Domini comes; ad Apostolum siquidem docere pertinebat.

**** (*Victus amore hominum*) Ita profitemur in Symbolo: *Propter nos homines, et propter nostram salutem ... passus, et mortuus est.*

***** (*Concretam exemit labem etc.*) Sermo est de labe peccati originis, quae morte Christi meritorie est deleta, efficienter autem aboletur adplicatione meritorum ejus per sanctum baptisma, sicque anima, quae aura quaedam divini flatus secundum divina eloquia dici potest, perfecte purificatur.

****** (*Et lethum horrificum etc.*) Idest mortem primam, seu mortem culpae.

Aen.8.v.244.	Infernas etiam sedes, * alta ostia Ditis	*ibid.v.667.*
Geor.4.v.468.	Et caligantem nigra formidine mundum	*Ecl.4.v.50.*
Geor.4.v.469.	Ingressus manes adiit, Regemque tremendum	*ibid.*
Aen.4.v.181.	Monstrum horrendum ** ingens vinclis et carcere froenat;	*Aen.1.v.58.*
Aen.6.v.401.	Æternumque latrans, et centum vinctus aheuis	*Aen.1.v.299.*
seq.	Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.	*ibid.*
Geor.1.v.280.	Hinc conjuratos coelum rescindere fratres ***	*ibid.*
Geor.2.v.492.	Subjecit pedibus debellavitque superbos;	*Aen.6.v.853.*
Aen.11.v.172.	Magna trophaea ferens animas Ille evocat Orco.	*Aen.4.v.242.*
Aen.6.v.720.	Sublimes animas coeli quibus annuit arcem. ****	*Aen.1.v.254.*
Aen.12.v.882.	Immortalis enim magnâ comitante catervâ	*Aen.5.v.76.*
Aen.6.v.837.	Victor aget currum parto super astra triumpho.	*Aen.2.v.578.*
Aen.2.v.783.	Illic res laetae, regnumque, et summa potestas	*Aen.10.v.100.*
Aen.2.v.784.	Parta sibi: ***** lacrymas dilecti pellite Christi.	*ibid.*
Aen.6.v.836.	Ille triumphatis Capitolia ****** ad alta Tyrannis	*Aen.7.v.266.*
Aen.8.v.698.	Omnigenumq; deûm monstris, arisque nefandis,	*Aen.2.v.155.*
Aen.6.v.795.	Proferet imperium super et Garamantas et Indos,	*ibid.v.794.*
seq.	Extra anni Solisque vias, ubi Coelifer Atlas	*ibid.*
seq.	Axem humero torquet, vertique regique videbit	*Aen.7.v.101.*
Aen.7.v.100.	Omnia sub pedibus, donec, Michaële ministro, *******	*Aen.2.v.100.*
Aen.5.v.139.	Inde ubi clara dabit sonitum tuba, protinus omnia	*Aen.6.v.33.*
Aen.5.v.140.	Haud mora prosilient imis excita sepulchris.	*Ecl.8.v.98.*

ADNOTATIONES.

* (... *-nas etiam sedes etc.*) Describitur ... -risti ad inferos.

** (... *-m horrendum etc.*) Idest Satanam, s... -bolum.

*** (*Conjuratos fratres*) Idest Angelos malos cum Diabolo Deo rebelles, qui Angeli Satanae ab Apostolo nuncupantur.

**** (*Coeli quibus annuit arcem*) Idest animas electorum ad regnum, traducendasque in Coelum e limbo SS. Patrum.

***** (*Parta sibi*) Juxta illud Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra*

****** (*Ille triumphatis etc.*) Describuntur victoriae fidei et Martyrum per merita Passionis Christi, nec non et Ecclesiae dilatatio per totum Orbem.

******* (*Michaele ministro etc.*) Communis est SS. Patrum terribilem extremi judicii adparatum, de quo hic sermo, Angelorum ministerio disponendum, quibus Michael veluti primarius Christi Domini minister, ac Princeps militiae coelestis praeerit.

i 2

*Aen.*3.*v.*141.	Corpora: tum Judex sacrata valle sedebit	*Aen.*9.*v.*4.
*Aen.*12.*v.*104.	Terrifico Christus Dominus fulgore coruscans:	*Geor.*4.*v.*98.
*Aen.*10.*v.*272.	Non secus ac liquidà si quando nocte cometae	*ibid.*
seq.	Sanguinei lugubre rubent: stant lumina flamma,	*Aen.*6.*v.*300.
*Aen.*8.*v.*670.	Secretisque piis, sociisque in regna vocatis,	*Aen.*11.*v.*322.
*Aen.*9.*v.*794.	Asper acerba tuens alios sub tartara mittet.	*Aen.*4.*v.*243.
*Aen.*10.*v.*557.	Isthic ultrices posuere cubilia curae	*Aen.*6.*v.*274.
*Aen.*6.*v.*550.	Et rapidus flammis ambit torrentibus amnis;	*ibid.*
*ibid.v.*557.	Hinc exaudiri gemitus et saeva sonare	*ibid.*
seq.	Verbera, tum stridor ferri tractaeque catenae.	*ibid.*
*ibid.v.*625.	Non mihi si linguae centum sint, oraque centum,	*ibid.*
seq.	Omnia poenarum percurrere nomina possem.	*ibid.*
*Aen.*5.*v.*58.	Ergo agite extremum cuncti celebremus honorem.	*ibid.*
*Aen.*6.*v.*895.	Altera quum primo stellas Oriente fugabit	*Aen.*5.*v.*42.
*Aen.*2.*v.*281.	Lux, oh qualis erit! quantum mutatus ab isto!	*ibid.v.*274.
*Aen.*2.*v.*471.	Qualis ubi in lucem coluber, * quem bruma tegebat,	*ibid.v.*472.
seq.	Nunc positis novus exuviis, nitidusque ** juventa	*ibid.*
*ibid.v.*475.	Arduus ad solem sublato pectore terga	*ibid.v.*474.
*ibid.v.*474.	Lubrica convolvens linguis micat ore trisulcis.	*ibid.v.*475.
*Ecl.*8.*v.*17.	Nascere, praeque diem veniens age Lucifer almum,	*ibid.*
*Aen.*1.*v.*640.	Munera, laetitiamque Dei: Tu maximus ille es	*Aen.*6.*v.*845.
*Aen.*8.*v.*272.	Diceris nobis, et eris qui maxime semper.	*ibid.*
*Aen.*5.*v.*719.	Talibus incensi dictis ardentis Amici	*ibid.*
*Geor.*2.*v.*119.	Balsama *** odorato referunt sudantia ligno,	*ibid.v.*118.
*Aen.*1.*v.*728.	Crateras magnos statuunt myrrhaque madentes;	*Aen.*12.*v.*100.

ADNOTATIONES.

* (*Qualis ubi in lucem coluber etc.*) Non dedecet Christum serpentis comparatio, qua ipsemet usus est Nicodemo verba faciens Jo. 3. ibi: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.*

** (*Positis exuviis*) Idest pellibus peccatorum, quibus opertus adparere dignatus est, ut in ejus figura haedinis pellibus Jacob. Vid. August. lib. contra mend. cap. 10.

*** (*Balsama etc.*) Jo. 19. v. 39. *Venit et Nicodemus ferens mixturam myrrhae et aloes quasi libras centum.*

Aen.6.v.218.	Pars calidos latices et ahena undantia flammis	ibid.
seq.	Expediunt, corpusq; lavant frigentis, et ungunt;	ibid.
Aen.11.v.776.	Carbaseasque super vestes * velamina nota	Aen.6.v.221.
seq.	Conjiciunt. Pars ingenti subiere feretro,	ibid.
Geor.2.v.14.	Pars autem rapuere faces: lucet via longo	Aen.11.v.143.
seq.	Ordine flammarum qua tristia funera ducunt,	Geor.4.v.256.
Aen.3.v.64.	Coeruleis moesti vittis, atrâque cupresso;	ibid.
Aen.5.v.93.	Succedunt tumulo tandem: dat pectore ab imo	Aen.1.v.489.
Aen.1.v.489.	Tum vero ingentem gemitum lectissima matrum,	Aen.9.v.272.
Aen.4.v.650.	Incubuitque thoro, dixitque novissima verba.	ibid.
seq.	Dulces exuviae, dum fata Deusque sinebant,	ibid.
seq.	Accipite hanc animam, meq; hoc exsolvite luctu,	Aen.2.v.298.
Aen.4.v.659.	Dixit, et os impressa thoro dehinc plurima Nato	Aen.8.v.379.
Aen.1.v.260.	Oscula libavit: Salve mihi, maxime Iesu,	Aen.11.v.97.
seq.	Æternumque vale: manibus date lilia plenis	Aen.6.v.883.
Ecl.2.v.47.	Pallentes violas, ferrugineos hyacinthos,	Geor.4.v.18
Aen.7.v.401.	Si qua piis animis manet infelicis Amici	Aen.6.v.149.
Aen.7.v.402.	Gratia, si juris materni cura remordet.	ibid.
Ecl.9.v.40.	Hic ver purpureum, varios hic plurima circum	ibid.
seq.	Fundat humus flores, ferat et rubus asper amomum.	Ecl.3.v.89.
Aen.11.v.59.	Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus	ibid.
Aen.4.v.270.	Ipsa jubet patrioque onerari membra sepulchro.	Aen.10.v.558.
Geor.4.v.548.	Haud mora, continuo Matris praecepta facessunt:	ibid.
Aen.6.v.220.	Fit gemitus: tum membra Dei defleta reponunt	ibid.
Aen.6.v.380.	Et statuunt tumulo, ** tumuliq; ante ora recentis	Aen.11.v.233.

Adnotationes.

* (*Carbaseasque super vestes etc.*) Joan. cap. 19. v. 40. *Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus.*

** (*Et statuunt tumulo etc.*) Matth. 27. in fine: *Et posuit illud* (scil. Joseph. Arimath. cum sociis, corpus Jesu) *in monumento suo novo, quod exciderat in petra:* Et Jo. 19. cap. 19. v. 41. addit: *in quo nondum quisquam positus erat.*

Aen.5.v.516.	Saxum ingens volvunt,* campo quod forte jacebat	*Aen.12.v.897.*
seq.	Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.	*ibid.*
Aen.8.v.306.	Exin se cuncti ** divinis rebus ad Urbem	*ibid.*
— *seq.*	Perfectis referunt, simul et vestigia retro	*Aen.9.v.392.*
seq.	Observata legunt per amica silentia lunae:	*Aen.2.v.255.*
Aen.5.v.522.	Hic oculis subito objicitur venerabile lignum:	*Aen.12.v.767.*
Aen.1.v.230.	Constitit, et manibus supplex orasse supinis	*Aen.4.v.205.*
Aen.9.v.82.	Ipsa Deûm fertur Genitrix, veniamque rogasse:	*Aen.11.v.101.*
Aen.5.v.858.	Tum super incumbens hanc tanti numinis aram ***	*Aen.8.v.186.*
Aen.4.v.413.	Isse iterum in lacrymas, iterumq, iterumq; vocasse	*Aen.2.v.770.*
Ecl.5.v.20.	Extinctum Mater crudeli funere Natum.	*Aen.10.v.878*
Geor.4.v.511.	Qualis populeâ moerens Philomela sub umbra	*ibid.*
seq.	Amissos queritur foetus, quos durus arator	*ibid.*
Aen.3.v.199.	Abstulit, ingeminans moestum et miserabile carmen.	*Geor.4.v.514.*
Aen.4.v.219.	Talibus orantem dictis, et plura querentem	*Aen.1.v.389.*
Aen.3.v.71.	Deducunt, interque manus sub tecta reponunt,	*Aen.9.v.502.*
Aen.9.v.471.	Stant moesti simul ora, et cassum lumine lugent.	*Aen.2.v.85.*
Aen.5.v.603.	Hac celebrata tenus exhausta pericula terrae	*Aen.10.v.57.*
Aen.3.v.21.	Caelicolum Regi, nostrae via prima salutis.	*Aen.6.v.96.*
Ecl.3.v.87.	Jam nos immensum spatiis confecimus aequor, ****	*Geor.2.v.541.*
Geor.4.v.344.	Et tandem portus delati intramus amicos.	*Aen.5.v.57.*
Ecl.5.v.66.	Ecce Tibi ad Tua templa feram sollemnia dona	*Aen.9.v.626.*
Aen.5.v.344.	Gratior et sacrâ redimitus tempora lauro	*Aen.3.v.81.*

Adnotationes.

* (*Saxum ingens volvunt*) Matth. 27. v. 60. *Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti.*

** (*Exin se cuncti etc.*) Quae sequuntur licet ex Evangelica historia non constent, series tamen rerum naturalis ita prorsus evenisse suadere videtur, quemadmodum descripta sunt.

*** (*Hanc tanti numinis aram*) Idest Crucem, in qua Deus homo Aeterno Patri se obtulit holocaustum pro nobis miseris, et peccatoribus, ut loquitur D. Ambr. in princ. Orationis ante Missam.

**** (*Immensum aequor*) Passio Christi amplissimo, profundissimo, ac procelloso mari non semel in Sacris eloquiis comparatur, ac paesertim in Psal. 68. v. 3. *Veni in altitudinem maris* (loquitur in persona Christi Regius Vates) *et tempestas demersit me.*

Aen.11.v.785. Summe deum ; Si quid pietas antiqua * labores Aen.5.v.688.
Aen.5.v.689. Respicit humanos, da flammam evadere Vati Aen.11.v.774.
Aen.7.v.514. Tartaream, coeliqus libens in parte locato : Aen.12.v.145.
Aen.8.v.76. Semper honore meo, semper celebrabere cantu. ibid.v.3.

F I N I S.

ADNOTATIONES.

* (*Pietas antiqua*) Nihil antiquius pietate et misericordia Dei, qua nos a diebus aeternitatis redimere disposuit, quod elegantissime expressit Hierem. Proph. cap. 31. ibi: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.*

MONITUM.

Duo hic lectores benevolos monitos volumus: alterum, ne si qua ipsis fortasse opinio non arrideat ex iis, quae salvâ rei substantia ab auctore adoptantur, nimis severo indignentur supercilio, sed meminerint Poëtae satis esse, si verosimile non praetereat, ad rigidiorem vero trutinam quae in historiis disputantur revocare austerioris Critices negocium esse. Alterum deinde, adnotationes hasce textui ab auctore ipso adpositas non eruditorum pabulo, qui plura viderent atque meliora, sed peregrinorum in sacra historia adolescentulorum eruditioni ad faciliorem textus intellectum simplici contractoque stylo fuisse conscriptas; quamobrem pleraque eruditis obvia, rudioribus oportuit explanasse, quaedam vero, quae ab eruditis fortasse desiderarentur, ne infirmiorem plus aequo gravaremus juvenculorum stomachum, consulto inobservata praeteriisse.

EMINENZA REVERENDISSIMA

Lo stampatore Giovanni de Bonis desidera pubblicar colle stampe un' Opuscolo intitolato: *Virgilius Sacer, seu Cento de Morte Christi ex Virgilio a Presbytero U. J. D. D. Petro Maria Lyccio Calimerensi compilatu.* E perciò prega l'E. V. Rev. accordargliene il permesso, con destinargli un Revisore; e l'avrà a grazia *ut Deus etc.*

Addì 7 Giugno 1822 -- Per disposizione di Sua Eminenza, il Regio Revisore Signor D. Gaetano Parroco Giannattasio avrà la compiacenza di rivedere l' Opuscolo soprascritto, ed osservare se vi sia cosa contro la Religione, ed i dritti della Sovranità -- Il Membro della Giunta Deputato -- Salvatore de Luca.

Signor Presidente -- Ho letto l'Opuscolo intitolato *Virgilius Sacer etc.* di Pietro Maria Liccio: esso non contiene cos' alcuna contraria alla nostra S. Religione, Morale Evangelica, ed agli dritti della Sovranità, anzi a me sembra ripiena di santa unzione promovente sempre più verso la Passione, e Morte del nostro Redentore divozione, ed affettuosa grata corrispondenza; per cui son d' avviso potersene permettere la stampa -- Napoli 10 Luglio 1823 -- Gaetano Parroco Giannattasio.

Napoli 22 Luglio 1823 -- Presidenza della Giunta per la pubblica Istruzione -- Veduta la domanda dello stampatore Signor Giovanni de Bonis, con la quale chiede di dare alle stampe un' Opuscolo del Signor D. Pietro Maria Licci intitolato: *Virgilius Sacer, seu Cento de Morte Christi ex Virgilio*;

Veduto il favorevole rapporto del Regio Revisore Signor D. Gaetano Parroco Giannattasio;

Si permette, che l'indicato Opuscolo si stampi; però non si pubblichi senza un secondo permesso, che non si darà se prima lo stesso Regio Revisore non avrà attestato di aver riconosciuta nel confronto uniforme la impressione all' originale approvato -- Il Consultore di Stato Presidente -- Monsignor Rosini -- Il Consultore di Stato, Segretario Generale, e Membro della Giunta -- Loreto Apruzzese.